




Toronto University Library  
Presented by

Messrs Joseph Baer

through the Committee formed in

The Old Country

to aid in replacing the loss caused by  
The disastrous Fire of February the 14<sup>th</sup> 1890







REINARDUS VULPES.

CARMEN NITIDI SERENI DE ET XII  
CORONATIUM.

REINARDUS VULPES.

LIBRI QUATUOR.

FRANCISCI JOSEPHI WOLFE



EDITIO PRINCIPIS.

STUTTGARDIAE IN THEATRO

PROSTAT IN BIBLIOPOLIO J. G. COETAN.

1822.

# REINARDUS VULPES.

CARMEN EPICUM SECULIS IX ET XII  
CONSCRIPTUM.

---

AD FIDEM CODD. MSS. EDIDIT ET ADNOTATIONIBUS  
ILLUSTRAVIT  
FRANCISCUS JOSEPHUS MONE.

---

EDITIO PRINCEPS.

---

STUTTGARDIAE ET TUBINGAE.  
PROSTAT IN BIBLIOPOLIO J. G. COTTAE.  
1832.

LL  
R 4594 M

# REINHART FUCHS

AUS DEM

NEUNTEN UND ZWÖLFTEN JAHRHUNDERT.

HERAUSGEGEBEN UND ERLÄUTERT

VON

FRANZ JOSEPH MONE.

ERSTER DRUCK.


---

STUTT GART UND TÜBINGEN.

VERLAG DER J. G. COTTA'SCHEN BUCHHANDLUNG.

1 8 3 2.

LIBRARY BOOKS



UNIVERSITY OF TORONTO

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

14429  
11879  
L e

UNIVERSITY OF TORONTO

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

UNIVERSITY OF TORONTO

1883

---

## VORREDE.

*Dieses Buch war zur Aufnahme in meine Quellen und Forschungen bestimmt; die Nothwendigkeit der Anmerkungen vergrösserte aber seinen Umfang, so dass eine besondere Ausgabe nützlicher schien. Die Noten unter dem Texte sind wegen Kürze und Gleichheit der Sprache und zum Behufe des Auslandes lateinisch und hauptsächlich für den Zweck der Kritik geschrieben, Sinn und Geschichte ist nur angedeütet, kürzer vielleicht und seltener als man wünschen möchte. Wenn ich auch mehrere Stellen nicht erklärt habe, weil sie mir deutlich schienen, so hoffe ich doch dem Leser, der Anstand finden sollte, durch die übrigen Anmerkungen den rechten Weg zu zeigen. Auch die Zugaben sollen das Verständnifs erleichtern und zu Forschungen über Grundlage und Fortbildung der Fabel Beiträge liefern. Ich habe mich*



dabei auf das Nöthigste beschränkt, denn wollte ich den Einfluss dieses Werkes auf unsere Kulturgeschichte nachweisen, so wären die Anmerkungen zu weitläufig geworden. Die Hauptsache war hier ein richtiger und verständlicher Text, das Übrige konnte ich um so mehr abkürzen, weil ich im Allgemeinen das Werk im Morgenblatt 1831. No. 222—26 charakterisirt habe.

Herr Prof. und Bibliothekar J. Grimm in Göttingen hat mir seine Abschrift des Pariser Codex mit einer freundschaftlichen Bereitwilligkeit überlassen, die meinen wärmsten Dank verdient. Andere gefällige Mitwirkung habe ich ihres Ortes dankbar erwähnt. Ich wünsche, dass es vereinter Anstrengung gelungen sey, den Reinhart Fuchs in einer würdigen Gestalt dem Publikum zu übergeben.

Heidelberg den 9. Februar 1832.

F. J. MONE.

---

# I N H A L T.

## REINARDUS VULPES.

---

	Seite
<b>LIBER PRIMUS. Hafs und Rachsucht.</b>	
FABULA I. Reinhards Gefahr und Rettung . . . . .	1
FABULA II. Isengrims Fischfang . . . . .	27
FABULA III. Isengrim der Feldmesser . . . . .	60
<b>LIBER SECUNDUS. Der Hoftag . . . . .</b>	<b>83</b>
<b>LIBER TERTIUS. Frühere Thaten.</b>	
FABULA I. Isengrims Wallfahrt . . . . .	139
FABULA II. Reinhards Adelsprobe . . . . .	176
FABULA III. Isengrims Mönchthum . . . . .	199
FABULA IV. Reinhards Zwischenspiel . . . . .	215
FABULA V. Isengrims Weihe . . . . .	221
FABULA VI. Corvigars Siegel . . . . .	232
<b>LIBER QUARTUS. Isengrims Noth.</b>	
FABULA I. Josephs Rachsprung . . . . .	242
FABULA II. Isengrims Theilung . . . . .	247
FABULA III. Isengrims Schwur . . . . .	255
FABULA IV. Das wilde Heer . . . . .	267
FABULA V. Die Klage . . . . .	286
Adenda critica . . . . .	298

## ZUGABEN.

Seite

I. Handschriften und ihr Verhältniß . . . . .	500
II. Beilagen zur Kritik des Textes.	
1) Reinhart . . . . .	504
2) Isengrim . . . . .	505
3) Stabreim . . . . .	514
III. Erläuterung schwieriger Stellen . . . . .	516
IV. Verzeichniß der Namen und schwierigen Wörter . . . . .	523



---

# LIBER PRIMUS.

---

## HASS UND RACHSUCHT.

---

### F A B U L A I.

---

#### Reinhard's Gefahr und Rettung.

Egrediens silvam mane Isengrimus, ut escam  
jejunis natis quaereret atque sibi,  
cernit ab obliquo Reinardum currere vulpem,  
qui simili studio ductus agebat iter;

---

VARIA LECTIO. V. 1. *in fronte cod. A. man. recent. ad-*  
*scripsit: alius liber: Ysengrinus egens silvis egres. . . , quae*  
*est varia lectio hujus versus, quam librarius in alio ms. de-*  
*prehendit, atque supplenda sunt verba: egressus ut escam. —*  
*B. hoc argumentum primae fabulae praeposuit: quomodo Ysen-*  
*grinus quaerens victum suum obviavit Reynardo et laetatus*  
*est, et voluit eum comedere et quomodo Reynardus se excusat.*  
*et est primum exemplum.*

---

COMMENT. CRIT. ET HIST. V. 1. *Sub persona Isengrimi la-*  
*tere existimo Zwentibolcum Lotharingiae regem, filium Ar-*  
*nulfi imperatoris. Reinardam Reginarit comitis partes agere,*  
*jam pridem J. G. Eccardus ostendit. Qui Reginarius comes*  
*Hanoniae (Henegau, Hainaut), quippe qui Ermengarde Lo-*  
*tharii I. imp. filia natus esset, Zwentibolcum jure vocare po-*  
*terat patrum vel cognatum, cum uterque a gente Carolingo.*

praevisusque lupo non viderat ante videntem, 5  
 quam nimis admoto perdidit hoste fugam.  
 ille, ubi cassa fuga est, ruit in discrimina casus,  
 nil melius credens, quam simulare fidem.  
 jamque, salutator veluti spontaneus, inquit:  
 „contingat patruo praeda cupita meo!“ 10  
 [dicebat patruum falso Reinardus, ut ille  
 tanquam cognato crederet usque suo.]  
 „contigit,“ Isengrimus ait, „laetare petisse,  
 opportuna tuas obtulit hora preces;  
 ut quaesita mihi contingat praeda petisti, 15  
 contigit, in praedam te exigo, tuque daris.

---

V. 6. minus ammoto, C. — V. 10. petita B. — V. 12. atque suo C. — V. 11. te laeta petisse B. —

---

*rum originem duceret. Itaque non video, cur poeta V. 11. 12. dicat, Reinardum falso hisce nominibus Zwentibolcum appellasse, qui tanquam cognato ipsi crederet, nisi totum hoc distichon potius interpolatum habeamus, cum sermonem et male interrumpat, et insolitus vocis usque usus locum interpolationis arguat, quod hanc vocis usque significationem plerumque in locis interpolatis inveniamus e. g. v. 74. 550. Ceterum moneam, criticae suspicioni me plus aequo indulgere noluisse. Quos ergo locos singulari ratione ut interpolatos probare non potui, uncinis non inclusi, quamquam plurimi adhuc inveniuntur, qui ad critices normam exacti, mea quidem sententia non respondeant. Suspectos locos hinc inde in animadversionibus notavi, sed intactos reliqui, quos lectoris acumen dijudicet. Haud pauca silentio quoque praetermisi, ne disputatio modum excedere videatur. Adnotationes historicae maximam partem e Reginonis chronico atque ex annalium scriptoribus ad annos 895 — 900 depromptae sunt. — Ab initio carminis alliterationem saepius deprehendi, praesertim V. 1, 5, 5, 7, 9, 10 etc. at nescio, utrum consulto sit posita an casu admissa. Casum esse contenderim, at sunt versus, in*

difficilis semper non est, deus aequa petenti,  
 te petere attendens aequa, repente dedit.  
 te mihi non potuit contingere gratior hospes,  
 non me hodie primum perfida vidit avis.  
 unde venis, vesane Satan? non curo rogare  
 quo tendas, ego te longius ire veto;  
 si quid adhuc exinde tibi procedere restat,  
 huc tantum in fauces progrediere meas,  
 [hinc video duplicem nobis consurgere fructum;  
 scilicet haec stomacho proderit esta meo;  
 physicaque obitio non haec mihi lecta magistro est,  
 dentibus inscripta est atque legenda meis.]  
 cumque crumena meae te totum sepserit alvi,  
 nec via longa tibi est nec metuenda brevis,  
 condoleo, quia saepe pedes lassaris eundo,  
 sis faciam miles, nec gravia arma time;  
 efficieris eques, sed non oneraberis armis,  
 incumbet collo sarcina tota meo.

V. 18. dabit C. — V. 24. huc tamen C. — V. 29. camena A.  
 caverna B. crumena C. — V. 53. efficiens C. —

*quibus alliteratio quaesita videatur (ut v. 21. venis vesane),  
 ut operae pretium duxerim, alliterationem in ejusmodi locis  
 indicare. Auctor enim carminis tempore vixit, ubi ars poe-  
 tica alliterativa adhuc vim aliquam in scriptores, ipsis adeo  
 insciis, exercebat, ut in Otfrido videmus. — V. 25 — 28. ab in-  
 terpolatore inserti videntur, lupus vulpem medicum deridet,  
 resque refertur ad lib. II. 375, qui locus hic male anticipa-  
 tur. — V. 27. physicaque, graece parum doctus erat poeta sae-  
 piusque in quantitate vocum graecarum vel erravit, ut in ver-  
 bis physicus, iater, criticus, eremus, idola, ecclesia cet., vel  
 sibi non constat, ut in vocabulo monachus, quod semel obser-  
 vasse sufficiat. —*



at ne forte cadas, equitabis more prophetæ;  
 non tibi sella super dorsa sed intus erit;  
 nec dedignor equus fieri, vellem ante fuisse,  
 cognatoque diu suppeditasse meo.  
 nunc grator patiens pulsus et verba tulisse,  
 vulnera pensabunt, quod tacuere minae.  
 insanit, quicumque minis efflaverit iram,  
 hostem præmunit, qui timuisse facit;  
 tatus it in clades, timidum solertia servat,  
 dissimulans odium promptior ultor erit.  
 optatum fortuna diu te tradidit ultro:  
 sic, quibus invideo, quotquot habentur, eant.  
 quisne ego sim, nosti? siquidem tuis hospes ego ille,  
 cui solava ante tuum potio sumta larem est.  
 ha Reinarde, illâ quam Brabas nocte fuisti!  
 hîc, nisi te Satanas glutiat, Anglus eris.  
 quid mea, quid referam, quæ natis probra,  
 feceris uxori? nonne fuere palam?  
 hospitium nostro tibi nunc in ventre paratur,  
 incide! (pandebat labra) sodalis, ini

V. 39. vel pro et C. — V. 41. minus C. nimis inflaverit B. —  
 V. 47. sum B. secutus sum interpunctionem cod. A. — V. 48.  
 clava C. idem, sicut et quædam alia verba sunt in  
 V. 35. Jonam prophetam tangit quoque infra lib. IV,  
 924. — V. 41. 44. sapius hoc iudicium repetitur (III, 855.  
 IV, 143.), et factantiae lupi quiddam ineptiae inest. — V. 48.  
 potio, vinum, pocula sunt verbera, vid. V. 1748. sclava potio  
 sunt verbera sclavonica, quæ duriora fuisse ex l. l. colligitur.  
 cf. V. 115. Locutio metaphorica est et e genio germanicæ  
 pœsëos desumta. — V. 49. Brabas, idem populus memoratur  
 III. 609. Nostro loco nocte et palam V. 52. sibi opposita viden-

sis collega licet pravus mihi, nolo tibi esse,  
 deteris ut debes, detere, nolo sequi  
 pando tibi hospitium, quamquam mereare repelli,  
 incide jucunde, laetus adhisco tibi.  
 Dixit et adnoto foris hostem dente titillans,  
 leniter extremos vellit utrimque pilos.  
 Reinardus tolerat, quod non tolerare libebat,  
 et patienter adest; mallet abesse tamen.  
 [sic alacer cattus, dum presso mure jocatur,  
 raptum deponit, depositumque rapit.  
 ille silet raptus; nullo divertit omissus,  
 tam fugere inde pavens, quam remanere dolens;  
 denique, si fidens, obliquat lumina victor,  
 oblitus fidei fit memor ille fugae,  
 luditur illusor, mus absque vale, insilit antrum,  
 observatorem non sibi deesse querens;

V. 57. mando B. quamvis C. — V. 66. remeare B. — V. 67.  
 limina C.

*tur et exprobratur vulpi stupram, quod uxori Isengrini intulit, qua de re vide lib. III, fab. 4. unde inimicitarum aut origo aut praecipua causa. Brabas igitur synonymum est pro adultero. Mali ominis fuisse nomen istud gentilitium testatur Waltherus de Coinsi, poeta francogallus, qui ineunte sec. XIII. scripsit. Nam adeo illis invecus est, quos vel diabolos appellaret. Louanges de N. D. (cod. Bruxell. 656.) liv. II. c. 11. sect. 2.*

V. 510.

trop est enfens et soteriaus  
de Brebeçons, de coteriaus.

V. 514.

cil coterel, cil Brebançons,  
ce sunt deables —

*ibid. c. 18. V. 1891, ubi de morte loquitur:*

ou il n'a point de réançon,

ja n'i aura si Braibançon,

qui pris ne soit a cel tornai.

V. 65 — 74. suspecti sunt versus; exemplum non quadrat in hanc fabulam, vulpes neque effugit, ut mus, neque id facere

liber ut evasis, non iret in oscula rursum  
 ob quidquid fulvi rex habet aeris arabs.  
 ha rudis infaustusque, viae qui parcit et hosti;  
 ambiguum finem res habet usque sequens.]  
 incautus senior versutum circinat hostem, 75  
 [deprensam credit nil nisi velle mori;  
 nil ausum redimi, nil presum vivere velle,]  
 in pugno tutum fisis habere jocum:  
 suffocare metu mavult quam viribus illum,  
 posse putans artes inter acerba nihil. 80  
 concutit inde quater dentes, sonuere coicti,  
 ut super incudem bractea tunsata sonat.  
 „ne verere, meo quos,“ inquit, „in ore ligones  
 cernis, hebet usu et tempore, nilque secant.  
 ostia, quid dubitas, forsitan non usque patebunt? 85  
 nunc adaperata vides, quando vocaris, adi,  
 ingredere, explora, quid stas vesane, quid haeres?  
 intranda est propere janua, quando patet.  
 huc ergo cupide, ne sero intrasse queraris,  
 gaudia cum gustu senseris illa, sali. 90  
 si sapis, hoc fieri, quod praeformido, vetabis,

---

V. 73. infantisque B. — V. 76. 77. desunt in A. C. — V. 81.  
 coacti B. — V. 82. barthea C. — V. 84. nihil C. — V. 90. ge-  
 stu C. —

---

potuit; aurum arabicum et rex i. e. sultanus Turcarum inde  
 ab expeditionibus sacris et praecipue sec. XII. in carminibus  
 memorari coeperunt. De vocabulo usque monui supra ad V. 12.  
 — V. 76. 77. spurios habeo, nil enim continent nisi fastidio-  
 sam ejusdem sensus repetitionem. — V. 85 — 90. similis fere  
 expositio legitur lib. III. 497. sqq. 655. sqq.



ne tibi propositas vindicet alter opes.“  
 Hospita non audet Reinardus in ora salire,  
 praecipites durum saepe tulere diem;  
 hic igitur quamvis passim jubeatur inire, 95  
 ter mallet noctes octo cubare foris.  
 nam recolens, olim mordendi gnara fuisse  
 ora lupi, nondum credit hebere satis.  
 si nequeant mordere, putat quassantia saltem,  
 non ergo hospitii tactus amore refert: 100  
 „leniter inprimis invita patruae clemens,  
 nemo suae debet prodigus esse rei.  
 sentio, velle tuum, quid nostros scindis amictus?  
 desine paulisper, dum tria verba loquar.“  
 iratus senior vocem interrumpit obortam: 105  
 „non est ante fores longa loquela decens,  
 ingredi hospitem, scito, nisi protinus intres,  
 post intrasse voles sero, repente veni!  
 ut socio praedico, semel fortasse rogabis,  
 nec tibi pandetur janua clausa quater. 110  
 ergo lepor morum placeat, prius ibitur intro,  
 tunc tria sexque refer verba quaterque decem.  
 quassarique aliquâ (pro caris multa feruntur)  
 fer placide, patruus sum tibi, redde vicem.  
 scis, ubinam biberim tua pocula lene ferendo, 115  
 tu nunc exempli fungere lege mei.“  
 Sic fatus senior non protinus irruit hosti,

---

V. 92. propositum — opus C. — V. 95. hispida B. hospiti-  
 um C. — V. 95. vix quoque quin quamvis passim AC. — V. 97.  
 moriendi B. — V. 101. demens A. — V. 106. querela BC. do-  
 cens C. — V. 107. cito B. — V. 117. fatuus B. —

morsibus innocuis vellit et ambit ovans;  
 [ergo, quod utilius nescisset, scire laborat,  
 et tandem didicit, quod didicisse luit.  
 quaerat an arte aliquâ redimi, qui septus in arcto est?  
 traditus an morti, quid nisi morte premi?  
 curane vivendi vel spes aliquanta supersit  
 insano, suadens nolle repente mori?]  
 at Reinardus itemque loquens: „proh patruel!“ clamat, 125  
 „non Scythia, non Saxo siue Suevus ego;  
 en Reinardus adest, cognatum agnosce fidelem.“  
 ille refert: „patruum tu quoque nosce bonum;  
 Isengrimus adest, quo, quando subire rogante  
 negligis hospitium, vim faciente subi!“ 130  
 ille licet sermo multum pietatis haberet,  
 non placuit vulpi, taliter ergo monet:  
 „patruel tu posses aliquando urbanior esse,  
 ambo sumus clarâ nobilitate sati;  
 at tu nescio quo jam rusticus omne dudum 135  
 degeneras, patrii sanguinis esto memor!

V. 124. mori *pro* morti B. — V. 125. dixit B. — dicit C. —  
 V. 130. sibi B. — V. 135. homine C. — V. 136. patrii B. —

*V. 119—24. hanc expositionem interpolatoris esse arbitror, cum brevitati veteris poëtae repugnet et sententias tangat, quae jam supra allatae sunt V. 77. 80. — V. 126. Suevus, rectius Suavus, qua forma auctor carminis alias utitur (lib. IV, 616. 747.), et quae tunc temporis usitatio erat. Reinardus igitur hoc loco se Francum profitetur et hac origine superbit; cf. IV, 380. sqq. — V. 134. clara nobilitas, patrius sanguis et mos equestres optime intelliguntur, ex iis, quae ad V. 1. sqq. adnotavi. Hic locus praeterea magni esse videtur, quod historicum fabulae argumentum prodit. Nam de bestiis haec atque talia dici, me quidem iudice non probatur.*



mane rubescit adhuc, more invitaret equestri,  
 me, velut ingruerent nubila noxque, trahis.  
 hospita tecta semel si jussus inire negarem,  
 protinus alterutrum subsequeretur ave. 140  
 gratia reddetur major praestare volenti,  
 quam tibi praestanti restituenda fuit.  
 huc potior mihi causa viae est, patrique volebam  
 discere ego eventus, atque docere meos:  
 quid dapis ergo tibi est hiberna in tempora partum? 145  
 quâ tibi vita placet, quâ mea domna valet?  
 quâ spes magna mei patruelles? obsecro, vivant!  
 „ergo tibi curâe,“ rettulit ille, „sumus?  
 fors secus, ac velles, nostra est, hoc dico, cibique  
 nil nisi te partum, frater, habemus adhuc.“ 150  
 hospes ad hoc: „utinam ergo tibi satis esse valerem,  
 nil nisi me exiguum sumtibus esse nocet.“  
 e contra senior: „non est mea regula, qualem  
 esse putas, aliter res ego tracto meas:  
 [jure caret magnis, qui sumere parva recusat, 155  
 sufficere ut possint grandia, parva juvant.]  
 grandia tota voro, mihi tam patienter agenti

---

V. 137. more *deest* C. invitaret B. invitare C. — V. 140.  
 alternum C. — V. 141. praestetur B. *hic versus rescriptus est*  
*in A, nullam literarum antiquioris versiculi vestigium super-*  
*est.* — V. 144. et ventus C. — V. 146. quae-quae C. quid-quid  
 B. mea dona valent B. mihi donna C. — V. 147. juvant BC. —  
 V. 151. haec C. — V. 152. mihi *pro nisi* C. —

---

V. 155. haec sententia male hic interposita est, quo fit,  
 ut consecutio sermonis turbetur. Sed libido habendi perpetuum  
 fere argumentum est, in quo satiram suam exercet interpo-  
 lator. cf. IV, 535. III, 1115. sqq. —

gratia, de modico nil superesse sino;  
 gaude igitur, tam parva mihi quam magna vorantur,  
 nec parvum reputo, quidquid habere queo. 160  
 purius elambi debet, quo parcior esca est;  
 fer patienter edi, „patruæ, fiat!“ ait;  
 „non mihi sunt odiosa tui penetralia ventris,  
 nec vereor fieri nobilis esca gulæ;  
 hospitio vellem nunquam pejore locari, 165  
 sed non hoc patriâ vindico sorte decus,  
 quolibet ut latro siccandus stipite pendi,  
 promerui potius, quam cibus esse tibi.  
 quod si fata mihi decrerunt tale sepulcrum,  
 laetor honore in eo, sed tua probra queror: 170  
 parvus ego et virtute carens, tu fortis et ingens,  
 et quidnam tituli mors tibi nostra dabit?  
 [ut caret opprobrio stratus miser hoste potenti,  
 sic miserum sternens hostis honore potens.]  
 quin heu quanta meo tibi funere damna parantur! 175  
 quis sit consultor, qualis ego usque fui?  
 ergo tibi damnum mea mors et dedecus infert,  
 vivam, consiliis prodero saepe tibi;  
 [exiguos artus cumulata peritia pensat,  
 conciliant artes debilitatis onus.] 180

V. 175. quam C. —

*V. 175. 74. interpolatum distichon, quo genuinus textus pessime dirimitur. 177, 78. hoc etiam distichon continuam orationem male interrumpit, nam duplex illud prodero 176, 79. arctius inter se cohaeret, quam ut sententiâ interpositâ separari possit, et infelix mihi formula ista videtur onus debilitatis.*

prodero nunc equidem“ — cum „prodero“ diceret, optans  
 addere, quo fieret lenior irā senis;  
 indicat hora viam, gestabat pone baconem  
 rusticus, adjecit nunc equidem hospes ovans:  
 „ecce baco hic coram, tener est et crassus et ingens, 185  
 et lentus morsu et parvus ego atque macer;  
 alteruter praesto est, neuter, si quaeris utrumque,  
 pluris uter tibi sit, dixeris, ille datur.  
 detege continuo, quemnam praependeris esu,  
 tempus adest epulis, pars bona lucis abit.“ 190  
 subridens senior dentes tamen extrahit, infit:  
 „perna mihi dabitur qua ratione Satan?  
 tu sic effugies forsā, promitte, quid obstat?  
 taliter haud hodie ludificabor ego,  
 tam potes Atrebatum quam despondere baconem, 195  
 da tibimet, frater, spe mea vota carent.  
 laetificare solet stultum promissio dives,  
 nescio promissis credere, credo datis.“  
 dentibus extractis audacior ille loquendi  
 castigat patrum: „sumere disce miser! 200  
 hoc solo impediō, quod nondum sumere nosti,  
 sumere si scires, perna parata foret.

---

V. 183. hunc versum B. a superioribus male dirimit, atque  
 hic inchoat alteram fabulam hac inscriptione: sequitur II.  
 exemplum, quomodo Ysengrinus Reynardum detentum abiro  
 permisit et quomodo postea habuit bachonem a villano deluso  
 per fraudem Reynardi et multas interserit cavillationes. —  
 V. 185. baco B. sic semper. — V. 189. quodnam C. — V. 192  
 parva C. — V. 193. sis C. — V. 196. tali pro frater C. hoc  
 pro spe B. — V. 199. abstractis B. —

---

V. 203. vide quae disputavi adv. 155.



[patruē, quis praesul quis sumere rennuit abbas?  
 sumere lex media est, regula rara dare.“] 205  
 Isengrimus ad hoc: „posses dare, sumere novi,  
 nunc castigor, eram sumere doctus heri.“  
 „eja quid facies? abiens tenet ille baconem,  
 colloquimur stantes, ambulat ille procul,  
 et visi fortasse sumus, nostrique pavore  
 ungue tenet, quod fert, acceleratque viam. 210  
 quaeris,“ ait, „quid agam? sublecto tramite passim,  
 quo te praecedit rusticus iste, veni,  
 et mea facta vide, baco decidet, auguror, aude  
 tollere depositum, neve moreris ibi.  
 [si tibi furandi pudor est, aut forte vereris 215  
 peccatum furti, solvere utrumque potes:  
 collige desertum, custos latoris egentem,  
 fer miserans, insons et bene tutus eris.  
 saepe hebetes magni, subtiles saepe pusilli,  
 nunc animi dos est experienda mei.] 220  
 at vero fieri lucrum commune paciscor,  
 jam pro dimidiâ non ego parte loquor,  
 parva deus fecit parvis, ingentia magnis,  
 sit pars quarta mihi, tres remanento tibi.“

---

V. 205. haec BC. — V. 206. enim *pro* eram C. — V. 208.  
 colloquium B. — V. 211. subjecto B. — V. 221. aut B. ac vero  
 facti C. —

---

V. 215. *consilium vulpis, quo furtum excusare suadet, si-  
 millimum est inventionis, qua lupus deceptum Reinardum irri-  
 det* V. 419. sqq. *et sarcasmorum, quos lupo reddit vulpes* V.  
 907. sqq. *atque haec omnia interpolatoris sunt. Adde* V. 219,  
*repetitum e* V. 179.

- illo coaequari jurabat; „patruē, nolo, 225  
 ut statui partes,“ ille reclamāt, „erunt,  
 quid cunctamur? eam, scis vesci carne suilla?“  
 ille quasi iratus dicit, at intus ovāt:  
 „quid, Satan, insanis? sine me pausare liquaster,  
 dem pretium, ut vadas scilicet? anne rogem?“ 230  
 graeca salix posses prius esse, aut dāca sacerdos,  
 ire, velim nolim, vis, ierisque feram;  
 nec veto, nec jubeo, nec me minus ire vetante  
 nec tu me cuperes praecipiente magis,  
 esurio, nisi des pernam, te quaeso reverti.“ 235  
 Evolat obliquo concitus ille gradu,  
 juncta legens arbusta, viae citiore redemit  
 circuitum cursu, praeceleratque virum,  
 clamque fluens in plana praëit, qua perniger ibat,  
 insectante lupo rustica terga procul; 240  
 Reinardus solitae tentans ludibria fraudis  
 fert tremulos claudā debilitate pedes,  
 in caput, in caudam, in costas titubatque caditque,  
 rusticus insectans prendere certus erat.  
 „mene mei valeant,“ ait, „explorabo velintque 245  
 ferre pedes, istum destituere sui.  
 unde huccumque venis, iter est tibi paene peractum,  
 ut nolis, ego, te non reor esse meum;

---

V. 225. volo C. — V. 228. dixit C. — V. 229. pensare C. —  
 V. 234. praecipitante C. — V. 243. in ante costas deest B. —  
 V. 245. neve C. — V. 248. nobis C. —

---

V. 241. solita fraus cf. 271. solito astu; alterutrum repeti-  
 tum videtur.

praestolare nepos, donec tibi solvero talos  
 vepribus elicitis, longius ire nequis,  
 solvo morae pretium, portaberis“ ista locutus  
 praetendit dextram, laeva tuetur onus,  
 irrisumque sequens, pellem, magis anxius haeret,  
 cui dare vellet herae, quam capere, unde daret.  
 hic veluti prensurus erat, par ille prehensio,  
 tam citus hic sequitur, tam praecit ille piger.  
 spe vires augente celer villanus euntem  
 urgebat, passu mobiliore sequens;  
 replicat ille vices, et quam propiore sequentis  
 urgetur gressu, tam citiore fugit;  
 villano clamante gemit, pausante resistit,  
 suspirante refiat, fit properante celer;  
 nec potior fugiente sequens, fugiensve sequente,  
 ambo pari gressum strennuitate ferunt.  
 visus erat pressu facilis, si rusticus illum  
 impeteret cursu concitiore parum,  
 obstat onus voto, sapuit villanus, onusque  
 decutiens collo, tendit utramque manum.  
 tunc cursu manibusque simul strepituque minatur,  
 cogitat esse nihil post sua terga doli.  
 Reinardus solito venantem decipit astu,  
 at lupus arrepto lustra bacone petit.  
 [Reinardus variâ spatians ambage, meandi

---

V. 249. tales C. — V. 252, protendit A. — V. 256. quam  
 praecit B. — V. 257. saepe B. — V. 265. sed B. — V. 266.  
 cum citiore B. — V. 269. iuvatur A. —

---

V. 275 — 336. uncinis inclusi, quod ab interpolatore sec.  
 XII. additi sunt, textus vetustior continuatur a V. 337. Prae-



callidus, irritat ludificatque rudem;  
 nam nunc, multifido spiras curvamine tricans,  
 anguis compliciti vincula cassa notat,  
 nunc obliquus ad hanc partemque incedit ad illam,  
 nunc redit aut prodit, lineolasque terit;  
 sed nunquam venturus eo, quo creditur esse,  
 daedaliâ fallax implicat arte chaos.  
 ancipites tricas tenui discriminat horâ,  
 longius oblongans ante, parumque retro;  
 nunc illuc obliquat et huc, proditque reditque,  
 nunc aliquo giros ordinat orbe breves,  
 ignorante viro per tot diludia, cursûs  
 tricantem dubios certius unde petat.  
 ille fluit furtim lusa inter crura, diuque  
 a tergo saliens, ante putatur agi.  
 transposuere vices, qui fugerat, ille sequentis,  
 quique sequens fuerat, par fugientis habet.  
 erectis oculis absentem denique sentit

---

V. 275. spicas B. spirans C. — V. 277. intendit B. — V. 278.  
 non B. — V. 279. quod C. — V. 285. dilucida C. — V. 286. du-  
 bious. C. — V. 287. furtim intersita C. —

---

*clarum hoc interpolationis exemplum paucis illustrandum vide-  
 tur. Auctor carminis historicum fundamentum fabulae ha-  
 buit, itaque personae, quas admisit, omnia more humano agunt;  
 hujus rei interpolator oblitus narrationem meram fabulam  
 vel allegoriam habuit, unde factum est, ut hic induceret  
 vulpem more vulpino agentem, quasi revera animal fuisset.  
 Alia quoque interpolationem produunt, ut doctior illa allusio  
 V. 280, (cf. adnotat. ad lib. IV, 992.) et exordium hujus  
 fragmenti, quod male incipit nomine proprio; sed morem hunc  
 sequitur interpolator, ut ubicunque majus fragmentum inse-  
 rit, ita incipit, quasi nova fabula ordiatur.*

rusticus admirans, attonitusque diu  
 haeret mentis inops, quando aut amiserit illum,  
 aut amissus ubi delituisse queat;  
 lumina trans humerum dextrum torquere parabat 295  
 explorare volens, qua latitaret humo.  
 Reinardus metuens, nè quatenus ille lupinam  
 respiciens fraudem post sua terga notet,  
 prodiit, a laevâ rediēns, oculosque latentem  
 quaerentis gemitu bis revocante praecit. 300  
 rusticus ablatum tam se ignorante redisse,  
 quam stupet ignaro se latuisse prius.  
 hic fugere, ille sequi, persaepe extrema teneri,  
 effluere, et cassam relinquere cauda manum.  
 tunc quasi deficiens cadit, exspectatque jacendo 305  
 prensorem, caudam dextera tuta tenet;  
 vir: „mecum,“ inquit, „amice manes,“ cultrumque sinistrâ  
 expediens, misero demere vellus avet,  
 acre gelu, ferrumne secans, an cautus utrumque  
 horruerit, dubito, noluit ille pati; 310  
 ergo supersiliens dextram, quâ cauda tenetur,  
 transfluit obliquam, pondere dextra labat.  
 attonitus caudam dimittit, at ille paventis  
 per scapulas saltans et caput ante redit.  
 se cepisse videns, et non potuisse tenere 315  
 rusticus indignans cor sibi paene ferit;  
 ille iterum in faciem divolvitur, atque retrorsum

V. 298. vocet C. — V. 302. quem C. — V. 307. manens  
 B. — V. 309. ante-vestans C. — V. 312. obliqua B. — V. 316.  
 furit B. fodit C. —



procidit, et misero vox morientis inest.  
 rusticus accedens sensim ruiturus in illum  
 mole sui totâ, „si potes,“ inquit, „abi!“ 320  
 poplitibus pronis nutat, tenditque lacertos,  
 et ruere incipiens pæne beatus erat,  
 praefugit obliquo saltu vafer ille ruentem,  
 nudaque suscepit terra ruentis onus.  
 surgere conantis Reinardus colla caputque 325  
 occupat et morsâ concitus aure salit.  
 vir vehemente ferox animo, et gemebundus humumque  
 pressâ fronte legens, acrius instat item;  
 fidus erat pressu, sed perfidus ille retentu  
 et vix effugiens effugit usque tamen. 230  
 linea currentis non intercesserat usquam  
 ulnarum spatio longior acta trium.  
 ter tenuit caudam prensor, ter tentâ fefellit,  
 terque fere felix, ter miser esse tulit.  
 sic pueris levis aura perit coëunte pugillo, 335  
 lubricaque anguillae fallere cauda solet.]  
 Ille igitur jocularis assuetâ fraude viarum  
 fert tremere, et labi, fert cadere atque capi.  
 taliter illudens, donec comitante rapinâ  
 in saltus reducem novit abisse lupum. 340  
 protinus insultis obliqua per invia silvis  
 tollitur ex oculis ut duce pluma noto.

V. 318. hoc loco B. hanc versum inserit: mox, veluti ne-  
 queat membra movere, jacet. sequitur deinde lacuna, in qua  
 hexameter inscribendus erat, et lacunae subjungitur pentame-  
 ter ille V. 316. — V. 321. mutat B. ruitat C. — V. 326. con-  
 sciis B. — V. 327. vix B. vehementer C. — V. 328. actius C. —  
 V. 331. currentes C. — V. 340. reducet B. — V. 342. pluvia C.

sustinet ille novi stupidus phantasmata monstri,  
 plus admirari, quam sua damna queri.  
 „unde,“ ait, „existi, redeas, illabere averno, 345  
 non equidem vulpes, sed quater ipse Satan.“  
 ille gradu fixo villanum dulce salutans  
 eminus exclamat: „vado, sodalis, ave!  
 ut scires, etenim haerebas, cui mittere velles  
 membranam dominae, tardius ire tuli; 350  
 inconsultus adhuc dubitas, custodio pellem,  
 cum scieris, cui des, trado libenter eam:  
 quam tua parta mihi fuerat, si pellis egerem,  
 tam mea nempe tibi est, nec, quia vado, dole.  
 ut fuit abstractu te caudam prompta tenente, 355  
 sic, quacunq[ue] soli parte morabor, erit.“  
 Callidus ad pactam quaestor pervenerat aedem,  
 circumfert oculos, stat, reticetque diu;  
 cernit reliquias, strophium restare salignum,  
 quo fixum extulerant fumida tigna suem. 360  
 ipsa senex totâ cum carne voraverat ossa,  
 jam salicem rodens insatiatus adhuc.  
 incipit ergo prior vulpes, atque eminus abstat,  
 os patruï fidum non nimis esse ratus:

---

V. 345. ergo *pro* ait B. rideas C. — V. 348. seducans *pro*  
 sodalis C. — V. 349. habebas — committere B, cui *deest* C. —  
 V. 352. trudo B. — V. 354. mea *deest* B. — V. 357. *ab hoc versu*  
*B. incipit III exemplum, quod sic inscribitur: sequitur III ex-*  
*emplum, quomodo Ysengrinus bachonem habuit et Reynardo*  
*dimisit retortam, et quomodo Reynardus eum rsdarguit et Ysen-*  
*grinus se excusat propter suum ordinem regularem et quomodo*  
*alias redargutus excusat se. — V. 359. tropheum C. — V. 360.*  
*suevi pro suem C. — V. 360. insatiatur B. —*

„patruē, paene mihi tonsa haec pastura videtur, 365  
 rodis enim, nondum crederis esse satur,  
 pax est et *requies* de toto facta bacone,  
 cur etiam non est esa retorta simul?  
 parva fere saturo defectum fercula suppleat,  
 unde capit nullam venter inanis opem. 370  
 cras iterum esuries, hīc nulla refectio restat,  
 prandia constabunt uberiore cibo.  
 adijce, relliquias, et non aliēna vorasti,  
 cui servas, operam conciliantis agens.“  
 replicat haec senior: „per canos hosce seniles, 375  
 parva animae est adeo non mihi cura meae;  
 et tunc unde tibi pars exspectata daretur?  
 fraus inter socios crimine nulla caret.  
 tu quoque laturus, si, me servante, relictum  
 nil tibi vidisses, impatienter eras. 380  
 cerne retorta vacat, servata fideliter ipsa est,  
 rosa quidem, sed non est violata nimis.  
 vix tamen hanc potui servare bacone comesto,  
 sed scieris, non est unus utrique sapor.  
 lenius in lardo penetrabiliusque momordi, 385  
 et fuit utilior fissiliorque caro.

---

V. 368. esca C. — V. 374. consiliantis BC. — V. 375. nosce BC. — V. 377. nunc B. *Sequitur in B lacuna unius hexametri et jungitur hic versus: inter collegas fraus quota crimen habet.* — V. 380. mihi C. — V. 381. fidelior C. — V. 384. idemque B. —

---

V. 375. *Zwentibolcus cano capite conspicuus fuisse videtur, quamquam aetate non longe proventus erat. Unde semper dicitur senior, senex. cf. III, 100.*

sume, tua haec pars est, et dic socialiter actum  
non alii leviter, sed tibi tanta datur.“

„patruē,“ quaestor ait, „cui competit, illius esto!

hîc aliquid pejus quam nihil esse puto. 390

quod mihi servasti, serva pendere volenti,

invenit arbitrium nulla retorta meum.“

offensus senior truculentâ voce profatur:

„rebar amicitiam promeruisse tuam,

nunc ego deprendi, tua quo versutia vergat, 395

pars mea consumpta est, hîc tua, sume tuam!

quo funem traheres, praenovi; nempe tulissem,

particulâ velles solus utrâque frui;

alliceres astu, quaecunque reperta fuissent,

ut mus muscipulâ, vis solet arte capi. 400

ergo ego praeripiens sperato cautius egi,

tundatur ferrum dum novus ignis inest.

[res est forma rei, factis facienda notantur,

et nihil est, quod non mentis acumen alat.]

quod si tam lepidus, quam vulgo diceris esse, 405

et si, quam sapiens crederis esse, fores;

carpere te saltem, quamvis pietate careres,

haec mea non sineret publicus acta pudor.

V. 390. hoc C. — V. 391. prendere C. — V. 397. tu me pro  
funem B. — V. 405. esses B. — V. 408. per mea C.

V. 405. interpolatum distichon, quod hîc sensum non habet. Forma rei referri videtur ad umbram baconis v. 440., qui locus aequè interpolatus est. Auctor proverbialia et sententias plerumque uno versu comprehendit, quam occasionem interpolator studiosius arripuit, ut suum iudicium, suasve sententias subjungeret, quod sexcentis in locis factum est.



ubertate tuus si tantâ venter egeret,  
 quantâ non dubitas indiguisse meum, 410  
 pace meâ potuit salvo mihi virga bacone  
 cortice plus medio rosa fuisse tibi.  
 sicut enim es prudens, rosae jactura retortae  
 non tibi moerorem perna comesta movet.  
 sufficeret, si tota foret tibi virga, meamque 415  
 ingluviem nosti; turpiter ergo doles,  
 alvus cum tibi sit stricta et brevis, at mihi late

---

V. 411. consumpto pro salvo mihi B. —

---

V. 417. ab hoc versu usque ad v. 454 omnia sunt rescripta in cod. A, antiquiores versus erasi sunt, duo tantum vestigia legere potui, nempe . . . etortâ (retortam), quod in fine v. 415 deprehenditur, et . . . dullâ (medullam) in fine v. 419, tertium conspicitur in fine v. 418, . . . tes quod interpretari velim potes, reliqua ob rasuram ita sunt deleta, ut suctis remediis reagentibus restaurare non potuerim. Incipit haec rasura a calce fol. 8 r. et integram paginam 16 (i. e. fol. 8 v.) explet. Si quid video, mutilae illae voces pertinent ad versus, quos infra 485, 88, 89 integros habemus, unde patet, in hoc ms. post v. 416 statim additum fuisse v. 485, omissis omnibus versibus, qui nunc a v. 417—484 leguntur. Cujus omissionis duplex ratio esse potuit: vel librarius integram folium exemplaris sui praetermissit, atque, agnito errore, anticipatos versus erasit et praetermissos inscripsit, quod mihi quidem verisimillimum videtur, vel hi versus suo in exemplari defuerunt, eosque et alio cod. ms. desumpsit, quod vix probari possit. Praevalet prior illa ratio, qua vel formam vetustioris exemplaris indicare possumus, nam omiserat librarius 68 versus; sive 54 in quaque pagina; et in cod. A. cuique paginae inscripti sunt versus 30, et est formâ octavâ, quae dicitur, inde conicere licet, vetus exemplar eandem fermam habuisse. Denique moncam, errorem illum librarii plures in paginas excurrisse, quod e dispari et majori numero versuum tribus in paginis deprehenditur, nam pag. 16 continet vv. 32, pag. 17 habet 35,

oblongâ pendens in cavitate capax.  
 [Si res ad synodum traheretur, nonne parasti  
 materiam risus et pietatis ego? 420  
 protinus ergo tuae completo fine querelae  
 cum peteres damno jus synodale tuo,  
 redderet orator vera argumenta disertus,  
 innocuum tali me ratione probans :  
 „„Isengrimus adest, objecti criminis insons, 425  
 hoc rerum series indubitata docet.  
 voverat hoc anno claustralis seria vitae  
 (Reinardo laicos inter habente suam),  
 frater et in claustro, quoadusque, abbate voracem  
 formidante gulam, jussus abiret, erat. 430  
 jussus abiret, verum quamvis et jussus abisset,  
 sacra verebatur frangere dicta patrum.  
 his igitur scriptis in sacrae codice normae  
 hunc, qui pluris eget, sumere plura decet,  
 et cum tinnierint veniendi cymbala signum 435  
 fratribus, ad mensas coetus adesto celer.  
 Isengrimus habens sacro super ordine curam

---

V. 418. oblongâ et B. — V. 426. haec A. — V. 428. laicum  
 iter agente suum B. — V. 433. ergo C. sacro BC. — V. 435.  
 finierint B. — V. 436. cibus B.

---

*totidemque pag. 18. — V. 419-472. haec insertio interpolatoris  
 esse videtur, quae Isengrimi ingenio maxime repugnat, quippe  
 quem auctor carminis tam eximias facetias nusquam alibi  
 proferentem exhibuerit. Ridetur eâ disputatione dialectica  
 illa subtilior philosophorum sec. XII. At in lupum non qua-  
 drat, qui quantâ fuerit inscitiâ et ignorantia rerum ecclesia-  
 sticaram, passim et praecipue infra lib. III. fabb. 1. 3. 5.  
 nberius exponitur.*

vertere nolebat, quod pia secta iubet.  
 obviat interea Reinardo, dumque vicissim  
 rite vale faciunt, umbra baconis adest. 440  
 clam loquitur fratri vulpes: „hunc, domne, baconem  
 si mecum velles dividere, arte darem.  
 frater ait: „communis erit,“ quo more iubetur  
 claustricola, „est nostrum,“ dicere, quidquid habet.  
 his dictis abiit Reinardus fratre relicto, 445  
 nil absens misit, nil dedit ipse redux.  
 monachus inspecto fore comperit aethere tempus,  
 cymbala quo fratres pulsa vocare solent.  
 incidit oblatum, nescit quo dante, baconem,  
 debita sumendae venerat hora dapis. 450  
 hora facit neglecta reum; Reinardus et, istum  
 praeter claustricolam, quilibet alter abest.  
 dona dei laudans accedit frater ad escam,  
 nil servat, dominum sic monuisse memor:  
 noli sollicitus fieri pro luce futurâ. 455

---

V. 452. claustricola B.

---

V. 447. monachus, cf. *de inconstantia interpolatoris in vocabulis graecis adnot. ad v. 27, sed in voce monachus errorem librariorum mihi reperisse videor. Nam poeta quantitatem syllabarum non laesit v. 459. 638. 1400. omnibusque in locis, ubi monachus tanquam dactylus occurrit, sequitur vocalis, ut persuasam habeam, librarios ejecisse aliquod synonymum, quod inusitatum erat, eique vocabulum monachus substituisse. Est autem synonymum illud claustricola, quod legimus v. 444, quodque restituendum censeo I. 560. 648. 645. 1406. 1576. 1757. 1325. Sed nusquam emendationem in textum recepi, quia nullam prorsus lectionis varietatem inveni; quae res admodum singularis mihi videtur, cum suspicari fere possimus, istud vitium in primaeuos jam irrepsisse codices.*



denique completis omnibus iste venit,  
 utque videt torquem, quo vinctum fumida tergum  
 tegula sustulerat: „pars mea,“ clamat, „ubi est?“  
 clamanti monachus: „frater, temere exigis,“ inquit,  
 „exige fraterne, debita solvo libens. 460  
 ordinis est nostri, plus sumere pluris egentem,  
 pluribus indigui, plura proinde tuli.  
 frater in expletâ si mensam liquerit alvo,  
 ultra dimidium regula fracta perit.  
 a quocunque baco datus est, quod oportuit, egi; 465  
 haec superant, plus his non jubet ordo dari.  
 quod superavit, habe!“ monachus sic ista fuisse  
 arbitrio synodi nec secus acta probat;  
 nec coram Remico metuit nec praesule Romae,  
 sedis uter libeat sollicitetur apex. 470  
 pendite, censores, causam!“ sic, stulte, locuto  
 rhetore, quid synodus diceret esse tuum?]  
 si, quibus et quantis egeam, perpendere velles,  
 et gereres sociâ sedulitate fidem,  
 quamvis abrasus prope liber ad usque medullam 475  
 et comitata duas perna fuisset oves:

---

V. 457. vidit C. junctum C. victum B. — V. 458. ibi B. —  
 V. 459. hic v. rescriptus est in A. — V. 462. pl. pr. t.  
 haec verba rescripta sunt in A. — V. 467. mon. s. i. f. re-  
 scripta in A. — V. 468. nec. s. a. p. rescripta in A. — in  
 versibus, qui sequuntur, praesertim 469, 74, 76, 78, 79, plura  
 vocabula ab eadem quidem manu, sed pallidiora atramento  
 exarata sunt, quae serius et forte ex alio cod. transscripta  
 esse videntur. — V. 469. Remito BC. — V. 471. pandite C. —  
 V. 472. rectore C. — V. 475. libri B. — V. 476. parva B. —

---

V. 469. vide quae infra disputavi ad v. 959.



non culpandus eram, potius culpabilis essem,  
 si mihi mansisset mica pusilla super.  
 desine conquestu, modo pars tua major habetur,  
 sed pietate cares, et rationis eges. 480

sanus adhuc ferme cortex lignumque remansit,  
 et non est morsu laesa medulla meo.  
 perna mihi juxta modulum divisa videtur,  
 fecissem fratri non meliora meo.

cominus huc accede miser, metire retortam, 485  
 quam vice te sociâ prosequar, ipse vide,  
 et si non aliter, quam dico, probaveris esse,  
 consulo, ne spernas, hinc quod habere potes.

rode foris librum tenuemque exsuge medullam,  
 esu dura aliam pars tibi praebet opem: 490  
 cum fortuna aliquem dederit tibi prospera quaestum,  
 commodius poterit sarcina vincta vehi.“

Reinardus patrum, si quidquam diceret ultra,  
 irasci metuens fraude benignus ait:  
 „patruë te insontem justâ ratione probasti, 495  
 sicut justitiam mos hodiernus habet;

[pejus agit, qui plura potest, luit omnia pauper,  
 scit sibi factorem dives adesse deum.

ignorante deo est pauper, quod prodigus ardet

V. 481. ad haec B. — V. 482. modo *pro* meo C. — V. 483. medetur B. — V. 484. fratre C. — V. 486. qua fide *pro* vice B. seriâ C. — V. 487. non est C. — V. 488. hoc BC. — V. 490. B *subjungit hanc versum*: restantis ligni non minor usus erit, *sed hexameter huic disticho deest*. — V. 497. licet C. — V. 498. tibi C. — V. 499. qui B.

V. 497. *Quae hic uncinis inclusi usque adv. 502 et a v.*

fundere, quodque tenax condere, pendit inops. 500  
 quod locuples, quod pauper habet, locupletis utrumque est,  
 divitis ex dono est pauperis omne parum.]  
 non igitur nostro quidquam de jure tulisti,  
 tam mea quam tua res est tua, cujus eges.  
 [si minus edisses, stomachus tibi laxior esset, 505  
 vestis et esca hodie cuncta licere jubent.  
 nullius ignoscentis eges, vis imperat aequo.  
 indulgente sibi divite, quidquid agit,  
 accusatur inops, sit noxius ipse, sit insons;  
 venalis venia est, ut mereatur, emat. 510  
 justus inops sine jure, reus sine crimine dives,  
 ipse sibi ignoscit pro pietate dei.  
 ergo si locuples alibi indultoris egebit,  
 nonne deus referet pro pietate vicem?]  
 conqueror ergo nihil, concordēs simus ut ante.“ 515  
 tunc senior blandâ voce profatur ovans:  
 „nunc sapis, impensumque tibi gratanter habeto!  
 scis bene, sic sociis partior usque meis.  
 si tibi deterior, quam velles, portio cessit,  
 et mea pars voto non fuit aequa meo. 520  
 fer modo restituum, cum quid lucrabere rursum,  
 non quia debuerim, sed quia largus ego.“  
 acrior idcirco Reinardum injuria torquet,  
 quod non reddiderat debita verba dolor.

---

V. 509. fit noxius B. — V. 515. concordēs deest in B. —  
 V. 518. sic pro scis B. —

---

503—514, propterea mihi suspecta sunt, quod sententiosa ver-  
 bositate dignoscantur et versibus 514, 528 aperte repugnant.

[expirata minis rabies cor lenius angit, 525  
interit erumpens, permanet ira latens.]  
sed quia facta solet dictis praeponere prudens,  
declamare bonam noluit ante diem.  
non usurpat: „agam,“ ne dicere perdat: „ego egi.“  
tuta morâ spes est, anticipata perit. 530

## F A B U L A II.

### Isengrims Fischfang.

Venerat ergo dies vindictae lectus, uterque  
hostis agens hosti non temere actus obit.  
venerat ergo dies, hostem qui contulit hosti;  
Reinardus viso fit memor hoste mali.

---

V. 525. levius C. — V. 527. postponere B. — V. 529. perdit B.  
— V. 531. laetus B. utrique C. — V. 533. deest hoc dist. in AC.

---

V. 525, 26. hanc interpositam sententiam eadem ratione  
dijudicavi ut in v. 171. — V. 531—34. duo priores versus con-  
tinuant sententiam auctoris, reliqui duo amplificationem se-  
quentis distichi exhibent. Alterutrum distichon suspectum est,  
quod eodem modo utrumque incipit et vox hostis quinque in  
ambobus repetitur. Similem locum supra habuimus v. 271 sqq.  
— Fab. II. Haec narratio de lupo piscatore nusquam alias  
in carmine tangitur, at prioris fabulae mentio fit lib. III,  
2186 et tertiae (de lupo geometra) alluditur lib. II, 260. Ubi-  
cunque lupo vapulavit, a nobilibus castigatus est, sed in hac  
fabula II a plebejis punitur, quod minime cum persona histo-  
rica, quae sub Isengrimo latet, congruere videtur, quam-  
quam Reinardus instigator huic rei extitit. Monachis exceptis  
vix alius quispiam eo tempore piscinam habuit, tamen rustici  
e longinquo arcessuntur, ut lupo puniant, quod facilius e

visâ vulpe senex hilaris concinnat inanes 535  
 blanditias, blaesâ calliditate loquens:  
 „tempore felici venias cognate, quid affers?  
 nunc, si quid dederis, partior absque dolo.“  
 cui vulpes: „refer ergo fidem, quae, patruae, primam  
 divisit, tibi si perna secunda placet; 540  
 [sicut prima fides suadet sperare secundam,  
 sic fraus indicium prisca sequentis agit.]  
 dicitur hoc vulgo, fraus acta minatur agendam,  
 divisus recte vix fuit ille baco.  
 at mihi nunc merces illaesa retorta daretur, 545  
 si vescenda tibi perna veniret item.  
 te peccasse piget, desisti fallere frustra,  
 et de perfidiae crimine sero doles.  
 [si mihi servasses primam sine fraude retortam,  
 venisset melior perna priore sequens.] 550

---

V. 538. partiar B. — V. 540. foret C. — V. 545. ac C. —

---

*vicino monasterio fieri potuit. Et raptus gallus non tanti fuit, ut omnis plebs intermissis sacris vel cum ecclesiae supellectile vulpem insequeretur. Atque lupum tam male deceptum et mulctatum, postquam dirissima vulpi imprecatus est, statim iterum Reinardo credere ejusque perfidiam experiri, quotusquisque approbabit vel excusabit poëtam? At lupus non reparatis vulneribus se statim geometram exhibet. Vides multa et graviora huic fabulae adversari, (et plura interpolationis vestigia, quae minoris sunt, suis locis monstrabo,) tamen omnem hanc fabulam spuriam habere haesito. Nam inest rei gestae series et momentum, quae interpolatoris omnino inventionem esse, aegrius demonstraveris. Quae cuncta hic enumerare brevitatis studio supersedeo, ne adnotationes, singulis locis adscriptae, repetantur. — V. 541, 542. prior versus ex praecedente disticho, alter e subsequente desumptus est. — V. 449, 550. repetitio e v. 541, 42.*



tendamus meliore viâ, considero mores,  
 cras hodieque sumus, quod fueramus heri.  
 non igitur tecum communia rursus habebo,  
 te, nisi solus edas, copia nulla replet.  
 nonne querebaris, vesanum ambabus abusum 555  
 particulis uterum paene vorasse nihil?  
 et nunc divideres socialiter? immo videtur,  
 ne pecces iterum, res facienda secus.  
 non prohibet pisces tibi regula, tuque fuisti  
 monachus, et non est semper edenda caro. 560  
 fac dapibus licitis insanum assuescere ventrem,  
 cujus ob ingluviem noxia nulla times.  
 jus, ubi vis, non est; ubi vis, injuria; juras,  
 in res externas irreverenter hias;  
 res proprias, medias, alienas, crêdis easdem, 565  
 vivere vis raptu, carnibus usque frui.  
 munditiae fraenum ebrietas et crapula vendunt,  
 qui mundus fieri quaerit, utramque cavet.  
 heu te sexta dies nec quadragesima terret,  
 Judaeus siquidem, sicut opinor, eris. 570  
 te minus est nequam Satanas quaecunque gerente,  
 ille aliquid, sed tu nil superesse sinis.  
 nec lex moralis, nec scripta, leporve, pudorve,  
 aut timor, aut pietas his posuere modum.“  
 Aemulus e contra loquitur, spe laetus habendi: 575

---

V. 564. hesternas B. — V. 566. raptu B. — V. 568. utrum-  
 que C. — V. 575. habenda B.

---

V. 567, 68. *interposita sententia videtur.*

„quid cognate adeo faris amara mihi?  
 parce precor, quidquid praeceperis, obsequor ultro,  
 norim, quid jubeas, quid prohibere velis.  
 [exceptis parebo tribus quaecunque jubenti:  
 nil do, sperno modum, devoveoque fidem. 580  
 haec tibi, cur fugiam, quae congrua causa sit, audi,  
 nam tribus his sapiens nemo carere dolet:  
 parta mihi teneo, data non redduntur egenti,  
 et praeformido rebus egere datis.  
 me rerum ignari nimis esse fatentur edacem, 585  
 venter ubi impletur, nil superaddo cibi:  
 partior, hoc stulti culpant, communia prave,  
 sed non sufficerent dimidiata mihi:  
 quaeque mihi desunt, nunc vi, nunc aufero furtim,  
 pellerer, aut captus penderer, illa rogans. 590  
 cetera jussa geram, liceant haec, abdicō carnem,  
 si mihi quid dederis carius, unde ciber.]  
 Commendator ad haec: „leviter sanaberis,“ inquit,

---

V. 576. hodie C. — V. 577. perceperis B. — V. 581. fugiant C. — V. 583. reddantur C. — V. 593. B *hanc fabulam sic inscribit*: sequitur IV exemplum, quomodo Renardus duxit Ysengrinum piscatum et fecit caudam immergi in aqua et cum inciperet ingelari, prohibuit ei, ne caperet rhombos et magnos pisces ponderosos, sed anguillas et percas, et hoc non fecit, et ideo male sibi accidit, ut apparet. — commentator AC. —

---

V. 579—92. *haec professio fidei hic a re alienissima est; distributio partium orationis senioris aevi videtur, et egestas interpolatori saepius argumentum satirae praebuit, vide III, 1115 sqq.* — V. 593. *leviter germanismus est, vide alios locos in adnot. ad lib. III, 1352.*

„carne tibi exceptâ nil prohibere volo;  
 pauca, volo, ut mutes, et cetera cuncta licebunt, 595  
 ignosco vitiis, in quibus ambo sumus.  
 diceris, et verum est, in me peccasse frequenter,  
 cum dederim, ut nosti, commoda multa tibi.  
 tam fidus fido, quam concolor Anglicus Indo,  
 quo mihi plus debes, hoc minus usque faves. 600  
 omne malum vice nemo malâ nisi pessimus aequat,  
 ergo, ne pereas, consiliabor item.  
 piscibus innumeris vivaria subdita novi,  
 emoritur stricto plurima turba vado,  
 (piscibus ut reliquis laxetur copia nandi, 605  
 gratus ibi hunc illo captor agente trahit,)  
 nec potior quisquam quam tu mihi crederis esse,  
 tot pressum monstris evacuare locum.  
 sit quamvis in ventre tuo tam creber et amplus  
 angulus, es nunquam vel satiandus ibi.“ 610  
 ille reclamat ovans: „furimus, Reinarde? quid istic  
 figimur? accelera! mors, nisi piscer, adest.  
 vis vivam, in pisces age me, carnem ab dico prorsus,  
 tu prisca sceleris ne meminisse velis;  
 [perdideram lances, quibus exaequare solebam 615

---

V. 596. ignosce B. — V. 602. pareas B. — V. 606. est *pro*  
 hunc B. — V. 608. locum, *forte rectius* lacum. — V. 609. sic  
 C. — V. 612. ubi A.

---

V. 599, 600. *hoc distichon cum reliquis non bene cohaeret.*  
 — V. 615—18. *hi sarcasmi rei minime adcommutati sunt, prorsus repugnant excusationi v. 614, et huic versui statim subjungendam esse v. 619, patet primo aspectu; quarta pars prae-  
 dae refertur adv. 214.*

particulas, ideo solus utrasque tuli;  
 quem nunc ergo dares, tu solus habeto baconem,  
 pars tua quarta foret, par modo noster eris,]  
 et veterem patrum capiendis piscibus induc.“

praecedit vulpes subsequiturque lupus, 620  
 [ambo pari cursu sed voto dispare tendunt,  
 hic cupidus lucri, conscius ille doli.

spe labor in seniore, fames stimulatur utroque,  
 his ergo stimulis instimulatus ait:

„dic, cognate, etenim nimis expedit hoc mihi nosse, 625  
 piscatura vadi quam procul abstat ab hinc?“

„patruae, cur,“ inquit, „scitaris?“ at ille subinfert:

„scitandi quoniam sit mihi causa, rogas?

quo tibi surreptu tam nunc industria simplex?

V. 623. saepe B. — V. 625. nosce BC. *verba* exp. h. m. n. *rescripta sunt in A.* — V. 626. adhuc C. — V. 629. quid B. —

V. 621—70. *Interpolator occasionem nactus sibi videbatur, ut nonnulla insereret, quibus expleret temporis spatium elapsam inter profectionem et adventum ad piscinam. Quae cura oeconomiae carminis apud interpolatorem saepius reperitur, cf. adnot. ad lib. II, 67. Sed ejusmodi additamenta plerumque nihil continent nisi vagas disputationes, quae ad rem nihil faciunt, quibusque sine ullo textus genuini detrimento carere possumus, quod in hoc etiam fragmento probatur. Singula interpolationis vestigia haec sunt: antitheses v. 621 sqq. alliteratio syllabica v. 624. cf. 689, 91. 653. egestatis detestatio 635. avaritia monachorum 647, cf. locum primum III, 1115 sqq. Alliteratio syllabica, quae frequentior est in hoc carmine, apud poetas sec. IX rarissime invenitur, qui tamen plurima exempla praebent simplicis alliterationis. Atque haec non casu admissa sed consulto posita est, ut in sexcentis locis Ermoldi Niggelli videmus, cf. ejus lib. I, v. 411—14.*



unde haec rusticitas? nonne facetus eras, 630  
 ut, cur quaesierim, quaeras, quod et ante rogatum  
 dicere debueras? expediebat enim;  
 nam, licet ipse nihil nosces, at fama fatetur,  
 quam natura meae sit furiosa gulae,  
 quam mordax in ventre meo luctetur egestas; 635  
 nescis, quod cupidos segnia lucra necant?  
 tarda magis cupidos quam perdita lucra molestant,  
 nonne fui monachus? scísque ita dicor adhuc.  
 materiâ crescit crescente voracior ignis,  
 res avidam mentem nulla praecire potest. 640  
 fax nativa meos satis incendebat hiatus,  
 adjecit stimulos regula sancta suos.  
 monachus oblatum cum viderit affore lucrum,  
 irruit ut pluvio fulgetra mota polo.  
 sciret bina modum cum nesciat una Charybdis? 645  
 hinc me sanctus agit, noxius inde furor,  
 plus claustrí pietas furit impietate lupinâ.  
 dico satur, satis est; monachus usque, parum est.  
 antea peccabam, quotiens violenter agebam,  
 et veniam raptus non habuere mei, 650  
 sacra cuculla mihi simul est accepta, suumque  
 exemplum fratres edocuere boni:  
 protinus illicitum coepit licitumque licere,

---

V. 630. simplicitas C. — V. 633. nosces B. — V. 636. omnes quod malim legere quam — necent. secant C. — V. 638. scis quia C. hic v. rescriptus est in A. — V. 642. meos B. — V. 644. pluvio fulguret, deest mota B. — V. 643. est ommittit B. negat pro parum est B. — V. 652. extra pro exemplum C. — V. 653. verba ill. c. rescripta sunt in A.

et nihil est vetitum, praeter egere mihi.  
 dic igitur, nostro quantum de calle supersit, 655  
 ne pariat subitam dupla cupido necem."  
 „Patruë," ductor ait, „cum plena crepuscula mundum  
 induerint, coeptum perficiemus iter.  
 nocte fere mediâ si tendimus omine laeto,  
 tanta trahi poterit sarcina, quanta vehi." 660  
 piscaturus ad haec: „tua nonne peritia languet?  
 nescio quid passâ mente reduncus hebes;  
 millibus octo super nubes exstantis acervi  
 impositum dorso me superaret onus?  
 sed facile est portare mihi, quos occulit aequor, 665  
 ni dicam, „satis est," abnatet oro nihil.  
 si felix fortuna meis arriserit ausis,  
 quot mihi sufficiant in duo lustra, traham." ]  
 Moverat algorem Februi violentia, quantus  
 stringere danubias sufficebat aquas. 670  
 nacta locum vulpes dixit: „sta, patruë dulcis,  
 (hiscibat glacies rupta recenter ibi,)  
 hîc impinge tuam, carissime patruë, caudam,  
 rete aliud nullum, quo potiaris, habes.  
 utere more meo, quotiens ego piscor, eundem 675  
 piscandi quovis sector in amne modum.  
 utque experta loquar, si multum linea claudant  
 retia, ter tantum cauda tenere solet.

---

V. 656. non B. — V. 662. reductus BC. habes C. — V. 664.  
 dorsum C. — V. 665. hic v. rescriptus est in A. — attulit B.  
 — V. 666. ne C. adnatet B. — V. 671. loco C. — V. 672. his-  
 cebat deest B. manus recentior lacunam his verbis explevit:  
 est etenim. — V. 673. tuam deest B. — V. 677. loquor C.

quod si consilium non exaudire recusas,  
 hortor, ut hîc sapiat dupla cupido semel. 680  
 salmone rhombosque et magnos prendere lupos,  
 mole super nimiâ ne teneare, cave;  
 anguillas, percasque tene, piscesque minores,  
 qui tibi sint, quamvis plurima turba, leves.  
 viribus aequa solet non frangere sarcina collum, 685  
 obviat immodicis ausibus usque labor.  
 lucratur temere, qui perdit seque lucrumque,  
 interdum lucris proxima damna latent.  
 ne capiens capiare, modum captura capescat,  
 virtutum custos est modus atque dator." 690  
 Retifer econtra: „ne quid mihi consule, frater,  
 da tibi consilium, consule memet agor.  
 per caput hoc canum, si tam sciis aequoris essem,  
 quam mihi silvarum compita quaeque patent,  
 sciret, ob hoc quod aquas nondum spoliare parabam, 695  
 vindice se Jonas hac caruisse tenus.  
 praetulerim rhombo cancrum, delphinave ceto?  
 non meus hoc fecit consuluitque pater.  
 quo buccella mihi minor est, hoc tristius intrat,  
 res brevis est Satanae, copia plena dei. 700  
 vae mihi, cum subito dentes ossa obvia laedunt!

---

V. 680. uti A. — V. 683. rumbosque, *omnes*. — V. 688. pa-  
 tent B. — V. 691. letifer B. — V. 697. cancrum *deest* C. —  
 V. 700. satani C. — V. 701. ut *pro* vae C. —

---

V. 685—96. *mihi suspecti sunt, nam his ambagibus omis-  
 sis textus optime continetur, si post versum 684 statim legimus  
 v. 697. Sententias, alliterationem syllabicam, et id genus alia in-  
 terpolatoris praecipue esse, satis novimus.* — V. 701—720. *haec*

immersis longe dentibus esca juvat.  
 tunc primum me teste deus laudabilis exstat,  
 cum nihil offendit libera labra diu.  
 pauper ovat modico, sum dives, multa capesco; 705  
 tangit parva super paupere cura deum.  
 divitibus fecit deus omnia, servat et offert.  
 dives, quî sapiant scit bona, nescit inops.  
 scit dives scitasque cupit, quaeritque cupitas,  
 quas sibi quaerendas praemeditatur opes, 710  
 quaesitas reperit, fruitur parciteque repertis  
 ordine, proventu, tempore, lege, loco.  
 colligit ac spargit, colitur, laudatur, amatur,  
 cominus et longe cognitus atque placens.  
 infelix, qui nulla sapit bona, nulla requirit, 715  
 vivat et absque bono, vivat honore carens;  
 nullus amet talem, nullus dignetur adire,  
 ergo ego piscabor, quâ mihi lege placet.  
 proximitas quaedam est inter cupidunque deumque,  
 cuncta cupit cupidus, praebet habetque deus.“ 720  
 „Patruë,“ dux inquit, „moneo, non quaero docere,  
 perfectus sapiens absque docente sapit.

---

V. 702. immensis C. morsibus B. — V. 708. quid BC. —  
 V. 717. odire, ita omnes, sed metrum et lingua repugnant,  
 restitui adire. non quidem negaverim, hac emendatione cadere  
 antithesin, at sententiae, quae praecedunt, item sunt copulati-  
 vae, neque sibi oppositae. Ceterum si praesens odire admittis,  
 prima syllaba hujus vocis brevis est, sed regulam linguae prae-  
 fero, quam et auctor secutus est v. 917. II, 157. —

---

genuina esse vix concedam, repugnant enim aliis locis III, 1428.  
 1441. 1645. 1651, 52. alliteratio syllabica hîc quoque reperitur  
 720 et sententiarum moles rem gerendam impedit.



at timeo tibi, debet amans hoc omnis amanti,  
 vincula praeterea nos propiora ligant.  
 huc me igitur duce ductus ades, lucrumque locumque 725  
 indice me nosti, temet agenda doce.  
 sic studeas lucris, ne damnum lucra sequatur;  
 quid valeas, pensa; ne vide, quanta velis.  
 perfeci, quaecumque mihi facienda fuerunt,  
 ire mihi restat, cetera mando tibi. 730  
 quid, vel ubi faceres, dixi, facienda subisti;  
 securus dixi, tu facis, esto pavens.  
 fac bene, dum piscaris, eo conquirere gallum,  
 sunt tui pisces, sufficit ille mihi.  
 dico iterum, si temet amas, piscare perite, 735  
 consulo, si cujus consiliantis eges.  
 improperanda puto commissa voraginis amplae;  
 cum steteris fixus pondera magna super.  
 Emergente die Reinardus, ut arte ferocem  
 eliciat turbam, proxima rura subit; 740  
 jamque sacerdotis stantis secus atria gallum,  
 ecclesiam populo circueunte, rapit,

---

V. 723. haec C. — V. 734. sumto B. — V. 735. tenet B. — V. 739.  
 B. incipit *V* exemplum, quomodo Ysengrino piscante et caudâ in-  
 gelatâ Reynardus rapuit gallum cujusdam presbyteri cantantis  
 missam, et quomodo insectus a presbytero, clero et populo fugit  
 versus locum, ubi lupus erat, ut ipse deprehenderetur et tunc  
 ipse Reynardus fugeret, sicut fecit, et tunc ammonuit lupum,  
 quod recederet cum illis piscibus, quos prendiderat et non ex-  
 pectaret plures, et primo noluit et postea non potuit, quia  
 cauda erat ingelata et fuit sustigatus. — V. 740. cura C. — V.  
 742. circum eunte C. —

---

V. 729. *textus melius continetur, si vv. 729—52, 757—58*  
*interpolatori tribuimus.*

intenditque fugae. non laudat facta sacerdos,  
 nec laudanda putat, nec patienda joco.  
 „salve festa dies“ cantabat ut usque solebat 745  
 in primis feriis, et „kyri“ vulgus „ole.“  
 salve festa dies animo defecit et ori,  
 et dolor ingeminat: „vae tibi moesta dies!  
 vae tibi moesta dies, toto miserabilis aevo,  
 quã laetus spolio raptor ad antra redit; 750  
 cum mihi festa dies, vel maximus hospes adesset,  
 abstinui gallo, quem tulit iste Satan.  
 sic praesul doleat, qui me suspendere cantu  
 debuit, en galli missa ruina fuit;  
 non me missa juvat sed vulpem, altaria juro, 755  
 malueram missas ter tacuisse novem.“  
 protinus inceptum, populo comitante, relinquens  
 clamitat: „o proceres, accelerate probi!  
 me quicumque volunt pro se meruisse precari,  
 et qui fida mihi corda deoque gerunt.“ 760  
 arma omnes rapiunt, arma omnia visa putantur,  
 „hai! hai!“ continuant, „hai!“ sine fine fremunt.  
 per juga, per valles, per plana, per hirta sequuntur,  
 post hostem profugum millia mille rotant  
 clerus vasa, crucum baculos, candelabra, capsas, 765  
 aedituus calicem, presbyter ipse librum,  
 sacras deinde cruces, saxorum millia vulgus,  
 presbyter ante omnes voce manuque furit.  
 Pertigerat gnarus, quo vellet tendere, raptor,

V. 747. salva-hora C. — V. 750. fugit C. — V. 752. ille BC.  
 — V. 761. rapiant B. capiunt C. — V. 762. ha hay-hy B. — V.  
 765. crucem C. —

quâ piscaturum liquerat ante senem; 770  
 et procul increpitans, ut vix clamaret ad illum,  
 turbat, ut ad furcam tractus anhela loquens:  
 „ibimus? esne paratus adhuc? rue, patruë, cursim,  
 si cupis hinc mecum currere, curre celer!  
 non equidem veni cum libertate morandi, 775  
 si venies, agili strennuitate veni!“  
 talia clamanti succlamans ille reclamat:  
 „audio, quid clamas? non ego surdus adhuc;  
 desine bacchari, nos nulla tonitrua terrent,  
 nec tremor est terræ, judiciivæ dies. 780  
 adquid praecipitur via tam rapienda repente?  
 colligo nunc primum, captio coepta fere est.  
 dic tamen, an fuerit, si scis mihi pluris abisse  
 quam tenuisse moram,“ turbidus ille refert:  
 „nescio suspendisse viam tibi prosit an obsit, 785  
 dicturi veniunt post mea terga tibi;  
 non mihi dignaris, dignabere forsitan illis  
 credere, sed prodest accelerare mihi.  
 collige constanter, siquidem lucrabere, persta.“

---

V. 771. ut vix clamaret, quod si conferimus cum v. 777, 78, sensus aegre tolerabilis exit et emendandum est alte clamabat. Si pro vix substitueris vox, locus omnino sanatus esse non videtur. — V. 775. est haec interpunctio codicis A, rectius forte futurum ibimus pro imperativo accipitur deleto signo interrogandi. cf. v. 834. — V. 780. judiciivæ C. — V. 784. turpidus C. —

---

V. 777. adde huic alliterationi syllabicae v. 725, distichon interpositum esse potest. Aliud genus alliterationis habes v. 781, 782, quod magis probatur.

hic pavidus paulum replicat usque precans: 790  
 „ecce celer tecum venio, subsiste parumper!“

respondet patruo taliter ille suo:  
 „non ego pro septem solidis tria puncta morarer,  
 ad tua sedisti lucra, morare satis.“

„quod capere optabam, fors obtulit, haeret in unco,“ 795  
 (serio formidans ille precatur item:)

„fige gradum sodes, et quos fugis, eminus absunt;  
 dux meus huc fueras, esto reductor abhinc,  
 ne dicare dolo duxisse, merere reducens;

pondus amicitiae tristia sola probant. 800  
 pura fides etiam personam pauperis ornat,  
 at fraus purpuream privat honore togam.

non rebar captos, quantos fore sentio plures,  
 sarcina me praedae detinet, affer opem!  
 auxiliare seni patruo! scelerate, quid haeres?“ 805

clamat ovans vulpes: „ista profecto velim,  
 subvenientis eges, non castigantis egebas,  
 venit ad hoc, vivum linquere velle nihil?

dedecus et damnum piscatus es atque dolorem,  
 qui queritur de te, perpetiatur idem. 810  
 quid juvit clamare, modum servare memento?

incidis aerumnam transitione modi.  
 captus es a captis, periit modus, hincque peristi,

---

V. 790. ille A. — V. 792. respondit B. ipse BC. — V. 795. sors-eundo C. — V. 803. quantis AC. — V. 805. habes C. *hic v. et qui praecedat, rescripti sunt in A.* — V. 808. B *prius hemistichium ita: perstat adhuc tibi mens. nostro in textu pro ad hoc substituerim eo; phrasis est interrogatio, subintelligas ab initio an, et in altero hemistichio te.* — V. 810. propitiatur B. — V. 813. hicque AC. —



et nunc opperiar, subveniamque jubes ;  
 scilicet expectem, mundo in mea terga ruente 815  
 cum canibus, gladiis, fustibus atque tubis.  
 fortunam misero non vult conjungere felix,  
 differimus multum, stans ego tuque jacens.  
 stare recusasti, cum stares, sponte ruisti,  
 vis modo restitui, si potes, omen habes. 820  
 stantibus est facilis casus, grave surgere lapsis,  
 quisque memento sui, dum meminisse juvat.  
 qui cecidere, monent stantes vitare ruinam,  
 quam sit stare bonum, scire ruina facit.  
 stent igitur stantes; strati, si copia, surgant, 825  
 surgere si nequeunt, qui cecidere, cubent.  
 lene cubas et nocte parum dormisse videris,  
 subsequitur parcus dulcia saepe sopor;  
 leniter ergo cuba, donec pausaris, ego ibo,  
 solus habe pisces, sat mihi gallus agit.“ 830  
 „ergo,“ inquit, „redies patruo, Reinarde, relicto?  
 tam consanguineae nil pietatis habes?  
 si pietate cares, saltem cogente pudore  
 ibimus hinc pariter, me mihi redde prius;

---

V. 814. nunc quod maneam B. jube AC. — V. 816. cum gladiis veniunt C. *non recepi hanc lectio. nem, quamquam commendari videbatur; nam et canes et gladii defuere, et Reinardi hinc est, periculum majus decantare; est hyperbole.*  
 — V. 817. contingere B. — V. 820. habe B. — V. 826. sive queunt C. — V. 628. *rescriptus est in A.* — V. 829. ibi B. — V. 832. et *pro tam* B. —

---

V. 817—30. *haec vulpis homelia mihi non placet, quod reliquo textui minime respondere videtur; de alliteratione v. 825 saepius disputavi. cf. v. 927.*

nulla mei mihi cura, tuo fac server honori.“ 835  
 galliger econtra: „patrue, nolo mori.  
 non ego diffiteor curam pietatis agendam,  
 si non pluris emit, quam valet, auctor eam;  
 sed cum propositum superant conamina rerum,  
 tunc est subsidio subjiciendus honor. 840  
 tu qui non dubitas vitam suspendere laudi,  
 deposito turbas opperiare metu.  
 nulla suo fructu res carior esse meretur,  
 bos ovis est pretio pluris, equusque bovis.  
 singula praelibat sapiens, pretioque laborem 845  
 aequat, amans quanti quaeque valere videt.  
 venit honor nimio, quem letho comparat emtor,  
 hunc hodie patiar solius esse tui?  
 hic honor amborum nostri communiter esset,  
 parte meâ primum fungere, deinde tuâ; 850  
 parte meâ te dono, tuum non curo favorem  
 quam multo mercer, posse sinatur emi.“  
 Dixerat haec, simulatque fugam subitoque recurrit,  
 et rea contundens pectora rursus ait,  
 tanquam poeniteat, se falsa fuisse locutum: 855  
 „patrue, ne metuas, pondere dicta carent;  
 irrita praefabar, quod te terrere volebam,  
 nunc ego sum verax, nunc loquor absque dolo.

---

V. 834. tibi B. — V. 835. tibi B. — V. 841, 42. *desunt in*  
 A. — V. 846. *emens* B. — V. 851. tibi B. — V. 853. *hoc* A. —  
 V. 856. *quae dixi - dicta* B. — V. 857. *quia* BC. — V. 858. *et*  
 loquar B. —

---

V. 843 - 52. *neque haec sententiosa digressio auctoris esse*  
*videtur.*

huc transmissus adest populo comitante sacerdos  
 cum crucibus librum, relliquiasque ferens, 860  
 et tibi neglectam pensat renovare coronam,  
 discessûsque tui vult abolere nefas,  
 hirsutumque caput consperget aquâ benedictâ,  
 et festam missam forsitan ille canet.  
 quanta sit impietas hinc me fugisse probabis, 865  
 cum fuerit capitis silva putata tui.  
 tunc vere, quod plena dei sit copia, dices,  
 cum benedicta tuum sparserit unda caput.  
 nec tibi tot pisces Satanas donasse feretur,  
 jurabis captos dante fuisse deo. 870  
 [optatur temere, quidquid praestabile non est.  
 patruè vado, mane, dicere nolo, vale!  
 qui sapit, hic valeat, stultus se tradit, ut illi  
 nec deus auxilium nec dare curet homó.“]  
 Dixit et absiliens iterum simulabat abire, 875  
 piscator revocat: „quo scelerate ruis?  
 quo sine me properas?“ subsistens ille reclamât:  
 „patruè, vis aliquid? praecipè, nolo roges.  
 sed quod multa soles dominorum more jubere  
 atque ego proposui singula jussa sequi, 880  
 una dies spatium jussis non aequat et actis,

---

V. 861. pensant C. — V. 863, 64. *B solus hoc distichon exhibet, sed legit asperget, quod emendavi ob metrum.* — V. 867. quia B. vereque C. — V. 875. *rescriptus est in A.* — V. 878. *legerim visne.* — V. 879. quia BC. —

---

V. 871—74. *hi versus, si quid video, jure pannus adsutus habentur.*

tu jubeas hodie, cras ego jussa geram.“  
 „perfide,“ respondit, „jubeo nihil, obsecro solvi.“  
 galliger obstrepuit: „patruæ, nonne furis?  
 tu piscaris adhuc et velle recedere juras, 885  
 esse nimis captum dicis, et usque capis?  
 absolvi que petis? simulas per sidera caeli,  
 mens aliter versat, quam tua lingua sonat;  
 sublegeres sursum, tu, laxas rete deorsum,  
 ergo discidium quam paterere libens. 890  
 quid defixus iners haeres, velut inter Ianum  
 Februus et Martem, si tibi cura fugae est?  
 emolire loco, piscosaque retia subduc,  
 et, nisi non egeas, auxiliabor ego.“  
 captus ad haec captor: „nescis quid, perfide, dicas, 895  
 clunibus inpendet Scotia tota meis;  
 undecies solvi tentans immobilis haesi,  
 alligor immotâ firmissus Alpe sedens.“  
 tunc ita lusor ait: „semper tibi, patruæ, prosum,  
 econtra laqueos insidiaris agens, 900  
 quâ non ire potest, nequam versutia repit,  
 si potero, sensum dicar habere semel.  
 solvere te cupiens, unum si retibus allec  
 excuterem, fieret talio dira mihi.

---

V. 882. feram BC. — V. 887. simulat B. — V. 894. auxiliator B. — V. 896. criinibus — Scotia B. — V. 898. in meta C. — V. 902. dicat C. — V. 904. dura BC. —

---

V. 896. Scotia, *quaesita locutio, quâ auctor indicare voluit, lupum piscatum esse in vicinia monachorum Scottorum, i. e. Hibernorum, quibus supervenientibusangebatur.*



[non ego te dubito, si me abstraherere juvante, 905  
 in primâ synodo proposuisse queri.  
 rete diu jactum, bene te cepisse referres,  
 capturum melius subveniente deo ;  
 divitias nactum, si te perstare tulissem,  
 me, quod eras felix, non potuisse pati; 910  
 me celerem ingessisse metum, tibi cassa minando,  
 teque super vacuum corripuisse fugam ;  
 nec modo, quod capturus eras, quin prorsus id ipsum,  
 quod captum fuerat, fraude perisse meâ ;  
 taliter egregiam messem victumque bilustrem 915  
 conquererere meâ fraude perisse tibi.]  
 cur me odisse queas, aut legitime unde queraris,  
 nunc penitus causâ conveniente cares.  
 scis, quod scire doles, bene me meruisse frequenter,  
 vim facere insonti lexque pudorque vetant. 920  
 quem non justitiâ potes angere, niteris astu ;  
 defecit ratio, fraude nocere cupis.  
 impius esse meâ tentas pietate, meisque  
 sumis ab obsequiis in mea damna viam.  
 ergo prius fient duo sabbata Rhenus et Albis, 925  
 cos prius Aprilis, quam tua lucra morer ,  
 collige constanter, collectis collige plures,

---

V. 907. cupisse B. recepisse C. — V. 909. praestare BC.  
 — V. 911. injecisse B. — V. 914. arte B. — V. 921. interis BC.  
 — V. 922, 23. *rescripti sunt in A.* — V. 926. eos C. quos B.  
*pro cos.* —

---

V. 905-16. *vulpes argumentum retorquet in lupum, qui supra 419 sqq. eodem exemplo usus est. Quae argutia magis ad sec. XII quam ad IX spectare mihi quidem videtur.*

nil, nisi quo condas, lar tibi parvus obest.  
 rete, ratis, pisces, locus, omen, tempus et aër  
 riserunt voto prosperiora tuo. 930  
 piscandi tibi tuta repiscandique potestas,  
 dem tibi, si possim, scis, quia tollo nihil.  
 quod lecturus eram, legi, tibi mando *tu-autem*,  
*lectio* perlecta est, dic, domine abba, *tu-au . . .*“  
 ultima non poterat sermonis syllaba dici, 935  
 tam prope clamosae murmura plebis erant.  
 Galliger iratum cernens incumbere vulgus  
 majoresque moras posse nocere, salit.  
 [impegisse adeo Remicae pro sedis adeptu,  
 quam patruum norat, retia nollet aquae, 940  
 omnibus et patruī lapsis in retia rhombis  
 gallus, quem tulerat, carior unus erat.]  
 serio festinat, jam non discedere fingit,  
 tam laetus caudae quam levitate pedum.  
 neve diem festum spectandi perderet hostis, 945  
 jam sibi proviso caverat ante loco.

---

V. 930. veto prosperiore B. prospera cuncta C. — V. 931. circa *pro tuta* C. tuta est pisc. B. — V. 936. nam C.

---

V. 939. *Sedes Remensis vacabat discordiâ civium et sacerdotum per integrum biennium, ab anno 1138—1140, et denique operâ S. Bernardi episcopus electus est. Quam rem interpolator hîc tangere videtur. Peculiaris et inusitata est forma Remicus, quam me in ullo antiquiori scriptore invenire haud memini, quippe qui adjectivo Remensis constanter usi sint. Ne quis vero aestimet, Remicum et Romanum synonyma esse, distinguuntur supra v. 469. et Remorum civitas memoratur II, 690. At quatuor istis versibus, quos uncinis inclusi, textûs consecutionem impediri, quivis mecum sentiet.*

colliculi costam terebrat rugosa crepido,  
 ostiolo impendent densa flecta super,  
 formato majore minor majorque minore  
 Reinardi credi forma fuisse potest. 950  
 hanc adiens sollers latet aequicolore sub herba,  
 spectandus nulli, despiciensque procul.  
 Ut sibi sublatum penitus cognoverat hostem,  
 sensibus excedit presbyter ille miser,  
 deficiensque sibi cadit ictus imagine mortis, 955  
 frigida quem reddit jactus in ora latex.  
 tunc infestus arat maxillas unguis utrasque,  
 largiter avulsas excipit aurâ comas.  
 arguit inde deum male commendata tuentem,  
 qui bona det miseris, ut data rapta gemant, 960  
 omnibus hinc sanctis convicia debita fundit,  
 praecipue domini noxia mater erat,  
 nominat egregiam, quae tali merce rependat  
 innumeras laudes obsequiumque frequens.  
 His tandem lacrimis, moestis compassa querelis 965  
 solatur flentem turba sodalis herum;  
 neve nimis doleat, melior promittitur illi  
 gallus, et eximio femina juncta mari.  
 dumque exacturus duplicis promissa repensae  
 sponsor vel pignus poscitur illa valens, 970

---

V. 948. impendit B. silecta C. — V. 950. credita Reinardi C. — V. 952. respiciensque B. — V. 960. dat BC. — V. 563. nomina C. messe rependit B. — V. 965. *post lacrimis inserit et A.* —

---

V. 950. Reinardi forma, *respicit forte poëta ad umbram baconis v. 440.*

cominus aspicitur miser Isengrimus adesse:

„gaudia!“ conclamat, „gaudia!“ coetus ovans.  
 „quo, domine abba, paras nostros traducere pisces?  
 quo capti tibi sunt, hoc quoque vende loco.  
 huccine piscator, dubium est, an veneris abbas, 975  
 si piscator ades, jura aliena rapis,  
 veneris huc, abbas, ovium dare vellera quaeris  
 fratribus et famulos carne cibare tuos.  
 te quaecunque movens intentio compulit istuc,  
 crederis hanc parvâ proposuisse fide. 980  
 hanc privata nequit confessio solvere culpam,  
 publica deprensos exigit ira reos.  
 iudicium sinimus, si te peccasse negaris,  
 proponit pulcrum gens tibi nostra jocum:  
 candelabra, cruces, capsas et cetera sacrae 985  
 instrumenta domûs attulit ista phalanx,  
 sacra tibi his sacris dabimus, quae verbera si non  
 senseris, esto insons; senseris, esto nocens.“  
 Quis dolor, o comites, in piscatore calebat,  
 hanc legem populo testificante bonam! 990  
 difficilem eversu, sit iniqua, sit aequa, tenendam,  
 quam dederant legem, noverat, ergo silet.  
 respondere pavor prohibet, gens stulta furebat,  
 quid tamen audebat, qui nihil ausus erat?  
 volvere, daemonibus decretum tale placere, 995  
 credere villano pravius esse nihil;  
 hoc opus edicto nullis abbatibus esse,

---

V. 572. conclamant — secus C. — V. 982. vindicat B. —  
 V. 983. sumus B. seminis C. — V. 992. dederat BC. — V. 994.  
 quid nihil C. —



se male piscatum scire, nimisque diu;  
 prendere velle nihil, permitti liber abire,  
 quamvis sacra forent verbera, nolle pati; 1000  
 si sibi praescisset pisces hac mente parandos,  
 non minus hoc cuiquam quam sibi velle lucrum.  
 scire sibi, non esse malum, si nocte redisset,  
 esset rete carens piscibus, esset habens;  
 quodque lupo mille inter oves sit tutior annus, 1005  
 quam cum villanis quattuor una dies;  
 quin etiam ad pastum legere et cantare diatim  
 coram lanigero non dubitare choro;  
 denique cornutis tam cornua nulla vereri,  
 ut non imprimeret basia corde bono; 1010  
 et nisi prima citus sequeretur ad oscula sanguis,  
 iudice se furcae vindicis esse reum,  
 insuper eximium sua tergora ponere pignus  
 et gravidum cetis addere rete novem.  
 quod numerum serie conversim diceret actâ, 1015  
 quo nunquam recte vir numeraret oves;  
 nam sic: „una, duae, tres,“ rusticus ordinat amens,  
 non aliter stultus scit numerare miser;  
 ex tribus ut binas, ex binis fecerat unam,  
 sueverat extremum dicere „nulla“ senex. 1020  
 sic rudis ad quamvis summam villanus ab unâ  
 orditur, numero multiplicante gregem,  
 qualibet a summâ sene grex numerante gradatim

V. 999. pendere AC. — V. 1001. merce AC. — V. 1005.  
 agnus AC. sed agnus a man. rec. in A correctum est. — V.  
 1012. pro furcae adest lacuna in B, et habet iudicis pro vin-  
 dicis. furor C. reus AC. — V. 1021. nullam C. —

defluus ad nullam paucior usque foret.  
 quid tot posse juvat bona totque et plura cupisse? 1025  
 villani captum posse cupita vetant.  
 Nil facere audebat, nil dicere, deinde rogatur,  
 an prandere velit? plebe rogante tacet.  
 pars optasse ferunt, pars dissensisse tacentem,  
 dicat ut ipse, rogant, fatur itemque nihil. 1030  
 poscere saepe pudet, quod sumitur absque pudore,  
 scilicet hoc illum more silere ferunt.  
 respondit dominus Bovo: „causa illa silendi,  
 quam versatis, abest, altera major inest:  
 abbas ipse fuit, „*benedicite*“ ruminat illud, 1035  
 quod solet adstantes sanctificare cibos.  
 plus sapit hic aliis, nunquam benediceret alter,  
 ni prius oblatas cerneret esse dapes;  
 ergo dicant alii praesentes, iste futuras

---

V. 1028. prendere C. — V. 1030. uterque C. — V. 1033.  
*verba* Bovo causa desunt in B, et librarius lacunâ defectum in-  
 dicavit. — Bovo non causa silendi C. — V. 1034. ubi satis *pro*  
*versatis* C. — V. 1038. ipse B. — V. 1039. alii dicant B. —

---

V. 1033. dominus, melius domnus, deum enim solum voca-  
 bant dominum, homines autem nobiles vel dignitate conspicuos  
 appellabant domnos. Bovo, vox ambigua, seu a bove derivata  
 bovinum, stultum significat, seu tangitur s. Bavo, Gandavo-  
 rum patronus, qui et Bovo scribitur. At male me habet epi-  
 theton domnus, utpote majus pro parochio vel vicario, et ab-  
 bate vel episcopo dignius. Gerardus, e nobilissima gente Au-  
 strasiorum ortus, abbas fuit monasterii S. Bavonis Gandavi  
 ab anno 895 usque ad 947. et infra v. 1081 Gerardus quidam  
 ab Aldrada inducitur, quem ab ansere Gerardo diversum esse  
 non est quod dubitemus. Sed annalium ejus temporis penuria  
 facit, ut inter illos homines nexum aliquem suspicari, neque  
 tamen demonstrare possimus.

divinans epulas appropriare sibi.“ 1040  
 undique clamatur: „verum est speratque cupitis  
 majores epulas, spes bene cessit, edat;  
 majores dabimus speratis.“ ista locuti  
 expediunt dextras, prandia laeta parant.  
 presbyter abbati dare fercula prima jubetur: 1045  
 „nos,“ ajunt, „dabimus grandia liba dein.“  
 presbyter assiliens crispas *benedicite* longum,  
 crispanti tellus assonat icta procul.  
 sic celebres disci in claustris clamantur hiando,  
 aut bonus abbatis visitat ora calix, 1050  
 tunc cum festa dies ventri promisit avaro  
 solvendo cantus omnibus esse bonis.  
 presbyter ergo gravi tundit cava tempora libro,  
 verbera sena dabat, plura daturus adhuc;  
 praecipitem turbam laedit jactura morandi 1055  
 inque senem unanimi sedulitate ruunt.  
 heu quam dissimilis bellum fortuna gerebat!  
 tota acies uno vim patiente facit.  
 hic caput, ille latus, caedit pars plurima dorsum,  
 multicavi ventris mantica longa gemit, 1060  
 qualiter argillae sordes fullone lavante  
 icta sub incusso subtonat aura sago,

---

V. 1041. superatque B. — V. 1042. coepit B. — V. 1049.  
 claustro B. clamatur C. — V. 1051. neutri C. — V. 1053. tym-  
 pana C. timpora B. — V. 1054. saeva C. — V. 1057. difficilis  
 C. dissimile B. — V. 1060. multipavi C. ventri B. —

---

V. 1061—70. *exemplorum, quae sequuntur, aliqua seriori  
 aevo inserta videntur, mihi ultimum probatur ut genuinum.*



aut plumosa cadens in pulvinaria magnus  
 asser, et admotâ tympana pulsa manu,  
 aut uterus tonnae saxi sub verbere mugit, 1065  
 taliter ad vastas bulga lupina sudes.  
 vix ego crediderim, nisi quod scriptura fatetur,  
 ferre flagra abbates tot potuisse decem.  
 sic ego triticeis paleas extundere granis  
 audieram in patulo tribula mille foro. 1070  
 Jam laxare suas iteranda ad verbera vires  
 sederat invitâ fessa quiete cohors,  
 sola Aldrada furit, quamvis defessa, recusat  
 sidere, ni truncet praesulis ante caput.  
 illa manu vastam vibrans utrâque bipennem 1075  
 et misero capiti vulnera dira minans  
 semiloquas voces balbo stridore habellat,  
 dentibus undenis dimidioque carens;  
 efflua nascentes, linguâ feriente parumper  
 aëra, deformat spuma, liquatque modos: 1080  
 „quam mihi Gerardus creber bonus, improbe raptor,

---

V. 1063. inter C. — V. 1069. paleis C. — V. 1071. in margine A minio adscriptum est liber II. et versus incipit litera majori. — Quam divisionem non admisi, nam aperte falsa est. B hoc argumentum exhibet: sequitur VI exemplum, quomodo Aldrada, uxor presbyteri, abscidit caudam Ysengrimi piscantis, et quomodo fugiens sine cauda minatus est Reynardo, suo proditori, et quomodo Reynardus abscondens se vidit miseriam totius facti et excusavit se apud Ysengrimum, et quomodo dedit lupo intelligere, quod pro bono et utilitate sua esset sua cauda mutilata. — V. 1074. sedere C. — V. 1076. pro dira minans in B. lacunaprehenditur. — V. 1080. liquetque C. —

---

V. 1081. ordinem dicendi ne quaeramus in Aldradae ser-



fraude tuâ periit, quam bona Teta frequens!  
 parta tibi hîc eadem est pietas, utinamque bis essent,  
 quot mihi demsisti, colla secanda tibi!  
 pro cuiusque animâ Tetæ duô colla darentur, 1085  
 talio nunc meritis non redit aequa tuis.  
 debueras nasci capitis deformiter experts,  
 et capitum innumerâ perditione mori;  
 dignus tot cupiens infectas pendere fraudes,  
 quot faceres ultro, si tibi posse foret. 1090  
 mens ubi persistit fallax et-prona nocendi,

---

V. 1083. haec BC. — V. 1085. de te B. rete pro Tetæ C.  
 — V. 1088. et omnes mss., maluerim aut. — V. 1091. praestiterit B. —

---

*mone, quae aliis in locis criticum offendunt, hîc impugnari non possunt. — V. 1082. Teta, nomen gallinae; Carolingorum aevo usitatum nomen feminarum, variis sub formis Tetta, Tita, Thiotâ, ann. 744, 846 occurrit apud Neugart cod. diplom. Aleman. At sec. XII rarissime invenitur. Teta, Theoda et Theuda sunt formae dialecti francicae, cf. cod. diplom. Lâuresham., ubi saepissime legantur. Dicitur Teta frequens bona, scilicet fecunditate, eodemque sensu Gerardus creber bonus laudatur utpote gallus gallinaceus; vel si voces frequens et creber sensu adverbiali accipis et cum verbo periit conjungis, significant saepe, quod v. 1085 probatur, qui plures Tetas raptas esse refert. Quae vero non bene conveniunt cum lapi natura et indole, namque magis est vulpis, gallinas gallosque rapere, lupi oves et armenta. Inde conjicere licet, Tetas fuisse virgines sanctimoniales, quas Aldrada abbatissa sub tutela habuit quarumque nonnullas Zwentibolcus vi rapuit. Gerardus raptu perisse dicitur, ambigi potest, utrum sit interemtus nec ne. Advocatus vel abbas monasterii fuisse videtur, quem Zwentibolcus cepit vel adeo interfecit. Auctor cum Tetas appelleret sancti-moniales, respexit forte Thiotam pseudopropheta<sup>am</sup>, quae anno 847 Magontiaci credulos fefellit. Rudolphi ann. Fuld. a. 847.*

nequior integro est truncus agente volens.  
 nil faciens Satanas plus omni peccat agente,  
 sufficit omne deo iudice velle malum.  
 nunc unum atque malum caput est tibi, multaue debes, 1095  
 una lupis melior Teta duobus erat;  
 plus habito dare nemo potest, donabo, quod ultra est,  
 quod potes hoc uno solvere, solve dato.  
 non ego curarem, si quid prodesset habenti,  
 tollere, sed senuit, sed probitate caret; 1100  
 et capite exempto levior fit sarcina trunci,  
 non est cur teneas amplius, ergo metam;  
 ne crebro indigeat tonsore corona recrescens,  
 rado tibi pariter colla, caputque semel.<sup>66</sup>  
 Dixerat et recto miserum caput impetit ictu, 1105  
 (ausa in pontificem tam furiale nefas,  
 et mediam frontem plaga exspectata fidisset;  
 vertice subducto funditur ille retro,  
 aut metuens demtum sero sibi, sicubi rursum  
 vellet eo fungi, posse redire caput, 1110  
 aut ovium miserans, quae defensoris egerent,  
 aut animo versans augure utrumque metum:  
 credere nolebat collum veniente securi  
 et pejor sinoco visa securis erat.  
 in sua piscator transfusus terga rotatur, 1115  
 in glaciem longe mersa bipennis abit.

---

V. 1092. nolens C. — V. 1096. Deca B. — V. 1100. et  
 prob. B. — V. 1106. ausaque B. — V. 1109. sic ibi B. — V.  
 1114. se voto — securus C. — V. 1115. transmissus B. —

---

V. 1109—14. haec non bene interposita videntur.

occipitis molem testatur bulla repente,  
 spectari potior quam redimire sinum.  
 Jam sursum senior plantas extenderat omnes,  
 poscere divinam more volentis opem. 1120  
 vult, ubi subsidunt brevioribus ilia costis,  
 partiri miserum rustica saeva senem;  
 porro cohaesurum nodo vivace cadaver  
 cogitat, et prisco posse vigore frui;  
 utque puer ruptum prudens intermeat anguem, 1125  
 ne coëant partes atque animentur item;  
 sic reducem vitam coituris demere truncis  
 trino intercurso provida versat anus.  
 supplice tunc voto sanctorum multa vocantur,  
 quae plebejus habet nomina nota canon. 1130  
 scilicet *Excelsis* cum conjuge *sanctus Osanna*,  
 dicitur a furcâ quem rapuisse deus;  
 et quam rex Phaniel de surâ everrerat Annam,  
 quâ mater domini sancta Maria sata est;  
 et quâ promicuit pennatus matre Michaël, 1135  
 Alleluja Petro conjuge fausta diu;  
 Helpvara Noburgisque, bonae implorantibus ambae,  
 et pecorum tutrix Brigida saeva lupis.  
 praecipue sidus celebrant, ope cujus, ubi omnes  
 defuerant testes, est data Roma Petro; 1140

---

V. 1117. ancipitis molam C. — V. 1122. turba C. — V.  
 1125. atque B. — V. 1126. ac B. — V. 1128. fervet C. — V.  
 1131. sancta Susanna B. — V. 1132. quam B. — V. 1133. ever-  
 terat B. — V. 1135. quam C. — V. 1137. *melius* Notburgisque.  
 — V. 1138. nutrix B. — V. 1139. ut B. —

traditaque injusto Pharaïldis virgo labori,  
 sed sancti faciunt, qualiacunque volunt.  
 [haec famosus erat felixque fuisset Herodes  
 prole, sed infelix hanc quoque laesit amor.  
 haec virgo thalamos Baptistae solius ardens 1145  
 voverat, hoc demto nullius esse viri.  
 offensus genitor, comperto prolis amore,  
 insontem sanctum decapitavit atrox.  
 postulat afferri virgo sibi tristis, et affert  
 regius in disco tempora trunca cliens. 1150  
 mollibus allatum stringens caput illa lacertis  
 perfundit lacrimis, osculaque addere avet;  
 oscula captantem caput aufugit atque resufflat,  
 illa per impluvium turbine flantis abit.  
 ex illo nimium memor ira Johannis eandem 1155  
 per vacuum caeli flabilis urget iter.  
 mortuus infestat miseram, nec vivus amarat,  
 non tamen hanc penitus facta perisse sinunt.  
 lenit honor luctum, minuit reverentia poenam,  
 pars hominum moestae terra servit herae. 1160  
 quercubus et corylis a noctis parte secundâ  
 usque nigri ad galli carmina prima sedet.

---

V. 1141. Pharahildis B. — V. 1143. heredes B. — V. 1145.  
 nec B. — V. 1154. insluvium B. — V. 1160. servet A. — V. 1161.  
 querculus et corulus B. —

---

V. 1141. *Pharaïldis inter sanctas Belgii relata est, coliturque praesertim a Brabantinis et Flandris. Anno 1073 reliquiae ejus Gandavum translatae sunt. Itaque temporis et patriae ratione haec prolixior commemoratio ad interpolatorem spectat. Cf. lib. IV, 295 not.*



nunc ea nomen habet Pharaïldis, Herodias ante  
 saltria, nec subiens nec subeunda pari.]  
 hos anus atque alios, quos est mos dicere sanctos, 1165  
 pollicitis captat, voce fideque vocat.  
 bisque „*pater naster*“ secum, et „*cred-in-de..*“ revolvit,  
 quinque „*dei paces*“ et „*miserere*“ quater,  
 „*oratus frater, paz vobas*“ clamat et infert  
 „*deu-gracis*“ finem, quando ferire parat. 1170  
 tot perire preces, audacia cassa sine astu est,  
 affectus factum praepedit arte carens.  
 rustica praecipiti raptum nimis impete telum,  
 pollice non circum perveniente levat.  
 dumque levat, clamat, quem nec mutire decebat, 1175  
 nescius hîc monitu non opus esse suo.  
 terretur populus, qui circumquaque sedebat,  
 ipsa etiam tonitru terrificata suo est.  
 coeperat ut fulgur ruere exaltata sécuris,  
 visa procul prope fit, res prope saepe procul. 1180  
 intererat spatii bis, quantum vulnifer ictus  
 transierat, justum caedis ad usque locum;  
 presa male elusam liquere manubria dextram,  
 non tamen omnino vulnus inane fuit;  
 rete secat lapsa inter aquas clunemque bipennis, 1185  
 nec partes aequat, major inhaesit aquae.  
 pars servata tamen, quamvis minor esset, habenti  
 carior est illâ, quâ viduatus erat.

---

V. 1165. mora AC. — V. 1167. scisque B. hisque C. cre-  
 doinde B. — V. 1168. miserere B. — V. 1169. oratrus BC. —  
 V. 1170. deu gratis B. — V. 1171. perire — quassa B. — V.  
 1172. fratrum propedit C. — V. 1181. interea B.

nec consistit anus magnoque inhibere nequibat  
     impete, propulsas assequiturque manus. 1190  
 illa, genu nondum clamante diacone *flectens*,  
     quâ dederat plagam, concidit acta labrum.  
 oscula figuntur velut emplastrantia vulnus,  
     inque cavo veniam podice nasus agit.  
 rustica pontifici misero abmorsura putatur 1195  
     reliquias trunci retis, et ipse tremit;  
 prima dolore carens fit plaga timore secundae,  
     anus anusque pavent, sed magis anus anu.  
 ergo abrupta simul sensit retinacula praesul,  
     neo rogat, an tempus fasve sit ire sibi, 1200  
 corpore subcusso sublatus in alta, ruentis  
     catti more, super recidit ipse pedes,  
 nec stetit, (hoc dico,) nec scissum rete refecit,  
     rete diu carum vilius asse jacet;  
 quod de reticulo, sibi si quid inhaeserat, aufert. 1205

---

V. 1189. inhaerere B. — V. 1192. labro B. *hic librarius legisse videtur: acta, labro oscula figuntur etc., quam ineptam rationem minime admiserim. nostro in textu suppleas in, et labrum pro vultu accipiendum est.* — V. 1199. abruta BC. — V. 1205. sed de B. quidquid adhaeserat C. *sensus est: aufert, quod de reticulo sibi inhaeserat, si quid inhaeserat, quae con-torta scribendi ratio poetae nostro usitata quidem est, sed*

---

V. 1202. *res postulat, ut lopus amissâ caudâ effugiat sine morâ. Qua ratione ductus sum, ut huic versui statim subjungere velim v. 1219, 20, quibus fabula claudatur. Hac emendatione optimum sensum habemus, cum textus, qualis nunc est, sententiis, repetitione, antithesi, ironia misere distrahi videatur. Singula bene quidem dicta sunt, et poeta comico dignissima, sed ita accumulata, ut minime negaverim, interpolatorem nonnulla adjecisse.*

pontificem tali miror abisse modo.  
 decepit miserum sperata remissio vulgus,  
 non pungunt animos dogmata sacra rudes.  
 non hanno vincere reos, non solvere curat,  
 nec sibi substratam surgere jussit anum; 1210  
 nec, quoadusque semel posset „benedicite“ dici,  
 pro naso papae stare tulisset ibi;  
 nec meminit cantare brevem post prandia psalmum,  
 nulla agitur populo gratia, nulla deo;  
 non neglecta novat, non aspera jussa resignat, 1215  
 nec facienda jubet, nec bene facta probat;  
 confirmare ferat? nec fert „benedicite“ turbae,  
 nec socium ex tantâ quem sibi gente legit;  
 presbyteri et plebis per colla et brachia saltans  
 immemor officii pontificalis abit; 1220  
 dumque probat cursu, se non sensisse, citato  
 verbera, quae tulerat, justa fuisse negat.  
 affectu majore redit quam venerat illuc,  
 nil nisi morem alias esse volentis agit.  
 nec reduci intendit piscatum nocte redire, 1225  
 nec quos tunc pisces ceperat, inde vehit;  
 nec placet electu, nec displicet ulla viarum,  
 praeter ad has reducem, quas fugiebat, aquas.

---

*multo magis mihi probatur, si versum e reliquis mss. ita restituimus: sed de reticulo, sibi quidquid adhaeserat, aufert. — V. 1210. non igitur C. — V. 1211. non C. — V. 1212. propè C. — V. 1215. nec — nec B. — novat deest in C. — V. 1217. nec confirmare, nec fert benedicere turbam B. — V. 1218. exactâ C. — V. 1225. fugit B. — V. 1224. more AC.*

---

## F A B U L A III.

## Isengrim der Feldmesser.

Isengrimus, uti quis rete indutus hiulcum,  
 corpore multiformi vulnera totus erat; 1230  
 jam discussa fere vix nervis ossa cohaerent,  
 venarum penitus sub cute nulla latet.  
 sed non ille tamen tantâ tam clade gravatur,  
 quam de Reinardi prosperitate dolet.  
 inscius ergo simul secus hostem colle latentem 1235  
 pervenit, his horret questibus atque minis:  
 „vivere me taedet, me taedet vivere, quidni?  
 qui mihi non esset profore dignus, obest;  
 qui gaudere meo non esset dignus honore,  
 me sibi ridiculo non habuisse timet. 1240  
 ergo in fata ruens evasa réverterer ultro,  
 laedere nolentes velle precarer ego,  
 (usque adeo vitam penitus detestor et odi)  
 spes nisi vindictae conciliaret eam.  
 illa dies sperata pati me vivere cogit, 1245

---

V. 1230. multiformi B. mortiformi C. *reliqua verba hujus versiculi desunt, lacunam librarius non implevit.* — V. 1231. verius pro nervis B. — V. 1233. ille suâ tantum pro clade B. *placet lectio, neque tamen in textum recipere ausus sum, nam vocis tantum significatio duplex, adjectiva vel adverbialis, illa hoc loco sola admitti potest, et melius vocabulo tam exprimitur, quod in textu conservavi.* — V. 1238. mihi deest B. pro fratre C. — V. 1239. modo pro meo C. — V. 1240. *praeferam ridiculum.* —

---

V. 1229. *ab hoc versu initium novae fabulae equidem ipse statui, quamquam mss. hoc loco nihil adhibent nisi signum paragraphi q.*



qua latro calicem, quem dedit, ipse bibat.  
 o si forte dies impleverit ulla, quod opto,  
 hanc ego, non distat quâ nece, laetus emam.  
 terribilem sancti Gereonis juro columnam,  
 cui nec Roma parem nec Jerosolma tenet; 1250  
 juro meam autem, fratrum animas, utrasque parentis,  
 momentum nullâ conditione sequar;  
 planxerit ille dolos, sive ostentaverit actos,  
 sive roget veniam, sive rogare neget;  
 donaque promissis superet promissaque donis, 1255  
 sive horum neutrum fecerit, unus ero.“  
 Cominus hanc recubans vocem Reinardus ut audit,  
 coeperat ad tantas horripilare minas;  
 neve excusandi praerepto copia desit,  
 prosiliens, tanquam sponte, coactus ait: 1260  
 „o. deslende mihi lamentis, patruë, longis!“  
 (singultusque inter singula verba dabat,)  
 „membrâ quis hoc scisso textit tibi regia sacco?  
 non habuit nostros talis amictus avos.

---

V. 1246. quod dedit C. — V. 1247! quae C. — V. 1250.  
 Jerosolyma C. Jherosolima B. *quae usitata forma nominis ad-*  
*mitti potest, si pro tenet legimus habet.* — V. 1251. *locus vexatus.*  
*ommissit hoc distichon A, man. al. sec. XIII in margine infe-*  
*riori hosce versiculos ad hunc locum adscripsit:*

postquam nullus agens reprobis vestigia perfert  
 momentum nullâ conditione sequar

*eosdem versus exhibet C, sed legit profert, et B praefert. Hic*  
*ms. solus habet v. 1251, eique subjungit v. 1252; ita ut prior*  
*iste hexameter: postquam nullus etc. pentametro careat. ob-*  
*scuram versam illum quoque suspectum habeo, atque distichon,*  
*quod in textum recepi, cum praecedentibus optime contineri*  
*videtur. — V. 1253. offensaverit actus B. actus C. — V. 1258.*  
*horripicare C. — V. 1263. saxo B. — V. 1264. amicus B. —*

a modo piscandi studium sectabere forsân? 1265  
 (et piscatores frigora saepe gravant,)  
 ergo gravesne istâ ventos crebrosque cucullâ,  
 assultus gelidae pellere credis aquae?  
 at tegitur Joseph vervex meliore cucullâ,  
 omne quidem frigus demeret illa tibi; 1270  
 quae cum te deceat, quin et tua debeat esse,  
 haec tibi cur gratis parta vel emta placet?  
 Coeperat hoc senior paulum mansuescere verbo  
 et non praemissis aequiparanda refert:  
 „pessime seductor, loqueris quasi nescius acti, 1275  
 fraude tuâ cum sim ductus in omne malum.  
 praeduce te in fustes, venabulaque actus et uncus,  
 dissipor, hic scindit, pungit is, ille ferit.  
 sic mihi discussum est in mille foramina corpus,  
 te spectante tamen subveniente nihil. 1280  
 denique nescio quo caudam truncante recessi,  
 nulla tamen gravior quam mihi plaga famis.  
 sic ego discissi nactus velamina sacci,  
 daemonibus pisces annuo teque simul.“  
 Fictor ad haec: „meritum merces sua quodque coaequat, 1285  
 da, cui vis, pisces, at mihi jure faves.  
 nil ego commisi, scis ipse, tibi tamen insons  
 omnia debentis, dummodo placer, agam.

---

V. 1269. hac B. — V. 1274. promissis B. — V. 1278. hinc scindit B. — V. 1280. nihil — tamen BC. — V. 1281. recessum B. — V. 1282. causa *pro* tamen C. — V. 1283. discessi C. — V. 1285. ad *deest*, hoc B. — V. 1286. tibi *pro* cui, vice *pro* jure C. — V. 1287. causa *pro* tamen C. — V. 1288. placet BC. *verba dum. pl. a. rescripta sunt in A.* —

te, quia poscebas, ad plena cibaria duxi,  
 ut posses avidam pacificare gulam, 1290  
 et tibi, quos caperes, praedixi, quosque caveres,  
 sperabas nullo pondere posse premi.  
 ut suus est modicis, nimiis sic terminus ausis,  
 quid gravidum rhombis rete fuisse querar?  
 vivere non posses, nisi captus et ille fuisset, 1295  
 cujus in ingenti ventre propheta fuit;  
 hoc capto, tu captus eras, solvique petebas,  
 abstulit officium turba maligna meum.  
 tunc omnes claustrum ratus actos daemones in te,  
 ut desertori vincula saeva darent, 1300  
 direxi celerem sub tuta latibula cursum,  
 ne jubear tecum claustra subire timens.  
 malo quod edidici gallum explumare vel aucam,  
 ducere quam rigidâ religione chorum.  
 cumque tibi irruerent secumque reducere vellent, 1305  
 vestibus abscissis verberibusque datis,  
 laetabar fugisse procul, si pone fuisset,  
 obsequium acturos non mihi rebar idem.  
 denique credidimus, caudam truncantibus illis,  
 quod fieres abbas claustra novena super, 1310  
 ut tot praebendis, ne paupertate gravante  
 rursus suffugeres, efficerere satur.  
 quod si, cauda tibi cur sit mutilata? requiris,  
 istius officii congrua causa fuit.  
 luxus opes sequitur, sibi quisque fit utilis abbas, 1315

---

V. 1299. *omnes legunt daemones.* — raptus actus C. — V.  
 1307. *fuisse B.* — V. 1311. *te pro ne B.* —

sanctor est quisquis pinguior esse potest.  
 nunc ferrum, nunc flamma adimit, nunc potio morbum  
 pinguibus, o tanti est promeruisse deum!  
 qui sapit, est sapiens, tu pauper multa vorasti,  
 ingluviem dives prosequerere magis, 1320  
 et crassus fieres abbatum more proborum;  
 idcirco utiliter cauda resecta tibi est,  
 cum non suppeteret prudens curator aventi,  
 per certum efflueret noxius humor iter.  
 inde ego plus metuens abbas quam monachus esse 1325  
 abscondebar, et est hinc mihi culpa gravis?  
 at post tanta famem quereris tibi flagra nocere?  
 tollitur haud ullâ clade querela vetus?  
 omnibus adversis praestat penuria ventris,  
 haec tibi praecedens, haec tibi causa sequens, 1330  
 et quando saturam semel esse fateberis alvum?  
 si sapis, hunc stimulum non patiere diu.<sup>66</sup>  
 Vocibus his senior reparato corde profatur:  
 „non sum tam sapiens, quin magis esse queam,  
 sed tantum sapio, sapiamque, oblata vorabo, 1335  
 malo quoque, ut quaeram, quam caruisse feram.  
 et de nescio quâ nobis paulo ante cucullâ  
 verbum sive dabas sive daturus eras.  
 exuviis, sane non curo, quis accidat heres,

---

V. 1321. ut cur tu fieres B. — V. 1322. rejecta B. — V.  
 1323. post aventi *supplendum est* ut. — V. 1327. ac — que-  
 rens C. — V. 1328. hanc C. — V. 1330. vel tibi B. — V. 1332.  
 patiare B. — V. 1334. qui C. — V. 1335. si tamen — quod *pro*  
 que C. — V. 1336. qui eram *pro* quaeram C. — V. 1339. exi-  
 miis — quid B. —



quod vacuas fauces impleat, illud amo. 1340  
 „patruë, res melius quam speras accidit,“ inquit,  
 „quattuor hîc fratres jurgia longa trahunt.  
 cursibus atque ortu fratres, praeëuntis habetur,  
 quod recolis nomen me posuisse supra;  
 succendentis ei Bernardus, et ille prior est 1345  
 ceterior cursu, robore vero prior;  
 proximus, intortis quod opertae cornibus aures  
 vix pateant, nomen Colvarianus habet;  
 at nomen quarto dat vitrea lana Belino,  
 quattuor his similis insula nulla tenet. 1350  
 [novimus hos certe, quantis et tota minores  
 Fresia, vervecum maxima mater, alit.]  
 deliciae pausare vetant, accedo sequester,  
 lis ad iudicium pertinet ista tuum.  
 quinque fere stadiis majore colonia gyro 1355  
 quattuor in partes his dirimenda jacet;  
 inde ubi quis spatium, citra quod habenda putatur  
 regula processûs, transmeat, arma movent.  
 his odium frustra, collecto saepe suorum  
 agmine, conata est demere turba rudis. 1360

V. 1341. *novum fabulam inchoat B*: sequitur VII exemplum, quomodo quattuor arietes conspirati sunt contra Ysengrinum volentem eos comedere et quassaverunt omnia membra sua, ipso semivivo in pratis relicto. — credas B. — V. 1342. larga C. — V. 1345. prior B. — V. 1346. interior B. — V. 1347. oportet C. — V. 1348. Calvarianus B. — V. 1352. Fri- lia B. — V. 1353. sequenter B. accedet equester C. — V. 1357. circa C. — V. 1358. trans mea C. — V. 1360. cognata B. —

V. 1351, 52. *haec ut genuina non approbaverim, vid. IV. 1185.*

usque adeo non est aptus geometer in illis,  
 qui mediam justo limite signet humum.  
 i prope, aequatis tu partibus erige metam,  
 ut tuus illorum patribus ante pater.  
 piscatum redeas, si quid nisi lana superstes 1365  
 manserit, hac caedem conciliare potes.  
 in minus illorum pingui pinguedo bipalmis  
 excedit costas, — prosilit ille, meant.  
 Cornua bina ferunt caput insignisse Belini,  
 bis vero totidem Colvariane tuum; 1370  
 amborum numerum Bernardi in fronte rigere,  
 horrificant Joseph munia bina quater.  
 arma videns caput pavet Isengrimus et inquit:  
 (arma putans oris plus metuenda sibi)  
 „aspicis o turres, Reinarde, in frontibus horum? 1375  
 anne parum nobis ora timenda putas?  
 dentibus iratis non est colludere tutum,  
 et fateor, piscis dens mihi rete tulit.  
 ire libet, certe non sum geometer, an essem,  
 si male metirer, te duce tutus ego? 1380  
 quattuor hîc fortes, duo sunt exercitus uni,  
 unius occubitu saeviet ira trium.“  
 Reinardus monitis animum formavit inertem,  
 praecedit timidus vulpe sequente senex.  
 Aspiciunt laetique parum viso hospite fratres, 1385

---

V. 1363. prope B. — V. 1364. suus B. partibus C. — V.  
 1365. ubi *pro nisi* C. — V. 1367. id B. *post pingui A virgu-*  
*lam ponit, quam rejeci.* — V. 1372. nimia C. — V. 1377. col-  
 lidere C. — V. 1380. metiret B. — V. 1381. *praeferam hi.* —

nil, nisi quid fiet nescio, vocis habent.  
 nec major numerus tantum potuisset in hostem  
 reddere securos, fortis egenus adest.  
 aspera sors contra est, ubi vim comitatur egestas,  
 ingenium velox expedit atque sagax. 1390  
 fortis egens quidquid valet, ut valet, optat et audet,  
 Isengrimus erat fortis, egensque nimis.  
 pro pietatis habens decreto, parcere nolle,  
 dumque timet ventri, saepe timenda subit.  
 Consiliis spatium non suppetit hoste propinquo, 1395  
 alternant dubie, quae facienda forent.  
 obuius it Joseph, reliqui prope terga sequuntur,  
 explorat primum foederis arma timor.  
 eminus exclamant: „frater, *benedicite!* nullum  
 vidimus hîc monachum, septima friget hiems.“ 1400  
 frater ad haec: „tanti fuerat *maledicite* dici,  
 credite nos alium proposuisse jocum.  
 arma quid haec vobis? vivumne quid orbis habebit?  
 quo genere et qui vos, ad quid et unde sati?“  
 primus ait Joseph, venientia verba refringit. 1405  
 monachus impatiens: „sermo sit iste brevis!  
 sit sermo brevis iste, aliud quam verba requiro,  
 quaerere nil aliud me nisi verba putant.  
 sit brevis aut nullus, nullus mihi sermo videtur.

V. 1386. quod — votis C. — *construe*: nil vocis habent,  
 nisi fiet nescio quid. — V. 1391. audit B. — V. 1393. proprietatis BC. — V. 1394. veteri B. — V. 1395. consilium B. — V. 1397. ut B. — V. 1400. fregit C. — V. 1402. vos BC. — V. 1403. hoc B. — V. 1405. venientis B. — V. 1408. apud pro nil aliud C. —



esse brevi melior.“ „fer, domine,“ inquit, „erit. 1410  
 en ego sum Joseph, si cognita nōminis hujus  
 fama tibi,“ (et fratres nōminat inde suos,) „ob  
 obsequisque tuis jussum ad portabile prompti,  
 pacis amatores, vulgus inerme sumus. 1415  
 tuque, licet parvas grates ductore merente,  
 ob causae quid in haec veneris arva, liquet;  
 finibus ut medio signatis limite norit,  
 quā sibi committat pascua quisque tenus.“  
 „nomina,“ messor ait, „novi, sed roboris hujus,  
 quod video, vobis rebar inesse parum. 1420  
 gratulor obsequiis, utinamque essetis inermes,  
 obsequium posset promptius esse mihi.  
 at nunc obsequium non tam mihi ferre potestis,  
 quam vos obsequio constat egere meo.  
 taliter armati non conspirastis in aequas  
 dividere hanc partes, si sineremus, humum  
 conflictum dirimam, sed nunc pro ventre loquendum est,  
 mando epulas.“ contra Colvarianus ait:  
 „quas, domine, hīc epulas mandas tibi? vivimus herbis,  
 nec teneros dentes pabula dura decent. 1430  
 mollibus his alimur, molles ad mollia nati,  
 dentatos metuens grex sine dente fere.“  
 respondit senior: „sic vos ego dicere jussi,  
 vocibus his forsan ludificandus ero.  
 dicite, quod vultis, non sic ego fallar, ut esse,  
 cum mihi sint dentes, vos sine dente putem.“ 1435

V. 1417. limine C. — V. 1419. messor C. — V. 1420. ad-  
 esse C. — V. 1421. utique C. — V. 1429. minus habebis C. —  
 V. 1431. moribus hīc C. — V. 1435. nec esse C. —



non verbis sed credo oculis, ostendite dentes! 1440  
 ostendunt, visis obstupet ille diu. 1441  
 subter enim paucos cernit, nullosque superne, 1442  
 hinc primum redeunt spes animusque lupo. 1443  
 se vocat exultans vulpem, lenique susurro 1444  
 alloquitur: „verum est, quod tibi dico, tene-  
 miraris facinusque vocas, quod claustra reliqui, 1445  
 hos inter fratres vita beatâ foret. 1446  
 certe si similes his essent fratribus illi, 1447  
 tam latera effusi, tam sine dente pii, 1448  
 hanc et in usque diem durasset et unus eorum 1449  
 me claustralis ibi norma teneret adhuc.“ 1450  
 replicat haec vulpes: „dentes non esse timendos, 1451  
 patruæ, vidisti, viribus ora carent. 1452  
 litigium tollit praemissi cautio verbi, 1453  
 unde timor fuerat, pax tibi certa patet. 1454  
 sum super eventu liber, quicumque sequetur, 1455  
 cras nolo objicias: „tu mihi causa mali.“ 1456  
 ille refert: „quidquid facient mihi quattuor isti, 1457  
 hoc equidem ignosco, sed tibi grator ego.“ 1458  
 Procedit trepidosque pio solamine fratres 1459  
 taliter ungebat: „ne trepidate, precor; 1460  
 vos etenim ut video tristes, credebar abisse, 1461  
 serio non abii, ponite, quaeso, metum. 1462  
 votivum refero rumorem, audite, revertor. 1463  
 spectandus pleno dentibus ore bonis. 1464

V. 1458. visus B. — V. 1446. lata B. — V. 1447. ac C. at  
 BA. restitui et. — V. 1448. rescriptus est in A. — V. 1449.  
 hoc B. — V. 1454. subjicias B. — V. 1456. haec AB. — V.  
 1457. praecedit B. pie C. — V. 1462. spectantibus B. —

heu mihi, vos fratres sine dentibus estis, ego ecce,  
 ut butyrum culter dentibus ossa seco;  
 inspiciate,“ (et rictus expanderat,) „ecce videte! 1465  
 hos habeo dentes, ecce videte!“ vident,  
 exclamant visis, nec major causa timendi  
 processisse fuit, quam repedasse retro.  
 sic suis et rugisse canis, quos pulte comestâ  
 vis eadem et rabies induit, ora ferunt; 1470  
 alterutrum longo donec fudere duello  
 sus, canis, icta canis viscera, morsa suis.  
 Dentibus inspectis amisso pectore Joseph  
 clamitat, in cacabum protinus ire putans:  
 „o pater, hæc falces ad quid tibi? prata recusas 1475  
 radere, foenisecæ, qui potiantur, emant.“  
 laetus ad hæc senior: „novi metere ipse, metamque,  
 quæ vos prata meti non timuistis heri.  
 his soleo lucos, quales in vertice fertis,  
 caedere, et hos veni, quod scio, sector opus. 1480  
 hinc et ab antiquis cognominor Isengrimus,

---

V. 1467. exclamat B. — V. 1468. nec pro quam C. — V.  
 1469. rugisse C. — V. 1472. icta catus B. — V. 1476. potiat  
 B. — V. 1477. noli C. — V. 1478. tenuistis C. — V. 1480. cre-  
 dere C. os B.

---

V. 1464. dentibus ossa secare locutio est, quæ rei parum  
 congruit et exemplum a butyro et cultro desumptum nullo mo-  
 do admitti potest, nisi sub dentibus gladii intelligantur; nam  
 rationi magis consentaneum est ossa dentibus frangere vel  
 molere, quod v. 1483 legitur. — V. 1481. corniseca haud ad-  
 probaverim, cf. ad v. 1464, sed significatio ambigua videtur,  
 tum a cornu derivata tum a cornea cute. Tangit poëta fa-  
 bulas aniles (hoc sibi volunt verba ab antiquis), quibus petu-

corniseca, et mores apposuisse bonus.  
 ut taceam carnes, his quaelibet ossa moluntur  
 dentibus,“ — irridens lene Belinus ait:  
 „quid cum carne tibi? tu scisso fictus amictu 1485  
 cerneris ad normam.“ rettulit ille jocans:  
 „vos miseret conscissa mei tegumenta ferentis,  
 vos, unde haec reparem, constat habere satis.  
 maximus es fratrum, Joseph, tua maxima pellis,  
 hanc mihi praestabis, tu satis usus eâ es; 1490  
 hac utriusque mihi lateris reparabo fenestras,  
 tegmine Bernardi rete parabo novum;  
 fors piscabor adhuc, aër post nubila candet,  
 orbita fortunæ ducit utroque rotam.  
 at mea sanguineo livore corona notatur, 1495  
 candeat exuviis illa, Beline, tuis;  
 Colvariane, tuo faciam mihi tegmine saccum,  
 nec vos sollicitet, quid mihi saccus agat;

---

V. 1482. apposuerit AC. bonos BC. — V. 1483. tacens B. — V. 1485. quidcunque — scissus C. — V. 1487. miser et B. — V. 1492. bonum C. — V. 1493. cadet B. — V. 1494. totam B. — V. 1495. ac C. — V. 1496. gaudeat C. — V. 1498. si pro vos B. —

---

*lantia puerorum reprimatur, qui lupum timentes bonos mores induunt. Isengrimus itaque lupus in fabula est et cognomen corniseca huc refertur, scilicet qui vel corneam cutem dilacerare possit. Namque cornua frangere res tanti non est, neque omnes cornibus armantur, nec Isengrimus contra cornutos fauste pugnavit, ut ejus jactantia allam fidem mereatur. Sensus autem fabulae est, nullum salutis remedium esse adversus lupum, nec adeo cornea cutis, firmissimum quod majores nostri norint munimentum. Quae explicatio si admittitur, nostro loco vetustissimum testimoniam corneae cutis habemus, quae in carminibus epicis celebratur. cf. v. 1677.*



si qua superfuerit coriis inclusa voranti  
 pars mihi, sin autem, postera lucra feram. 1500  
 hoc scio, non facile haec alii tegumenta daretis,  
 ter quamvis solidos redderet ipse novem,  
 verum sponte mihi datis haec, sed scitis, ut ajunt,  
 non omnes homines convenit esse pares.  
 ergo prius viso, miror, non missa fuisse, 1505  
 haec pendenda gravi pondere culpa fuit;  
 sed quia vos video non excusasse iubenti,  
 ammissum probitas hoc veniale facit.  
 quod si vera licet nil ausos dicere, vosmet  
 malle frui coriis quam dare nosco mihi, 1510  
 dissimulans animum, quia jussa veretur, ut ultro  
 obsequitur domino verna iubente piger.  
 sit pellis sua cuique, meum est, quod clauditur intus,  
 non mereor laudem tam mediocre loquens?  
 sit deforme licet multo mihi vulnere tegmen, 1515  
 non mihi vestra facit tam placuisse decor,  
 quin coriis caream; donate, quod intus habetur,  
 non poteram salvo poscere honore minus.  
 vos quoque fortassis mihi parva dedisse puderet,  
 patribus hoc vestri saepe dedere meis. 1520  
 cumque ego vos tractem socialiter atque paterne,  
 nunc superest tantum danda repente dari.  
 omnibus efficiam vobis, re taliter actâ,  
 iurgia ne moveat partificandus ager.“

V. 1505. dabitur B. — V. 1507. excusata B. excusante C. —  
 V. 1508. admissum B. haec A. — V. 1511. verentur at C. — V.  
 1516. nostra C. — V. 1517. quum — habetis C. — V. 1522.  
 dandum B. —



Audierant fratres, quod non audisse libebat, 1525  
 et stat raptor hians impatiensque morae.

verba Belinus ad haec non multum territus audet  
 talia, nimirum junior atque rudis:

„tu super his satis es, domine Isengrime, locutus,  
 quidque velis, fuerat te reticente palam; 1530

sed nescimus adhuc, cui praeparet alea lucrum,  
 fortunâ variat distribuente vices.

si fuerit fors fida tibi, potiere cupitis,  
 dispositum nobis hoc super ire jube.“

Isengrimus ad hunc sermonem turbidus ore 1535  
 et vultu pariter talia dicta furit:

„stulti, nonne satis, quidquid delibero, nostis?  
 quid modo consiliis est opus? ite tamen,

et sit consilium, quod non audire recusem,  
 currite dictatum, porro redite citi! 1540

terminus est horae cunctos urgentis ad escam,  
 inque meis hora est faucibus acta diu.“

Stant trepidi fratres, Joseph, quid suadeat, haeret,  
 poscebatur enim, denique fatus ita est:

„non bene perpendi, fratres, quid congruat actu, 1545  
 sub grave discrimen concidit ista dies.

causa levis fit saepe gravis sub iudice pravo,

V. 1525. licebat B. — V. 1527. meritus C. extat B. —  
 V. 1530. fiat hoc — nesciente B. — V. 1533. sors C. — V.  
 1538. quomodo C. — V. 1539. sic C. — V. 1541. hic ore C. —  
 V. 1543. habet C. — V. 1546. iste BC. —

V. 1543. ante hanc v. integrum distichon vel plura exci-  
 disse videntur, consilium enim vervecum non coram lupo ac-  
 tum est. cf. 1575. —

iudicis hîc causa est improbitate gravis.  
 auribus in vestris habeat mea suasio pondus,  
 jam vereor nostræ tempus adesse necis. 1550  
 expedit ergo bonis illiso pulsibus hoste,  
 non impune mori, vel meruisse fugam.  
 finis tetragoni medius lupus ipse sit agri,  
 aequale ut spatium portio quaeque trahat;  
 jamque interposito partes aequante quaternas 1555  
 motus ab opposito cardine quisque ruet,  
 sic tamen, ut stadium (gravis est emenda sub isto  
 iudice,) praesumat nullus adire prior.  
 vaticinor, sospes non emendaverit ausum,  
 qui prior irruerit, quisque timeto sibi; 1560  
 dentatum est stadium, mordebit meta, cavete,  
 nos sibi, non nobis dividere arva cupit.  
 mensorem mora longa gravat, breviemus oportet,  
 sic igitur nobis assiliandus erit:  
 frontem ego, tu caudam, Bernarde; Beline, sinistrum, 1565  
 incute tu dextrum, Colvariane, latus.  
 cornibus ex rigidis prima et bona fercula demus,  
 si plus optarit, postea nosmet edat.  
 utere vi, Bernarde, tuâ, tu fortis ut ursus,  
 irrue, si nescit dividere arva, doce. 1570  
 qui minimus nostrum est, uno pertunderet ictu  
 tres clipeos, tantis fortior unus erit?  
 Voces: „nosmet edat, prior emendaverit,“ istas  
 hauserat arrectâ callidus aure senex;

---

V. 1549. nostris B. — V. 1553. funus B. — V. 1557. in pro  
 ut B. — V. 1565. sinistram B. — V. 1572. erat C. — V. 1575.  
 emendaverat C. — V. 1574. ore B. —

gratatur, fratresque vocat, venere vocati, 1575  
 monachus adstantes hac ratione fovet:  
 „consultum satis est, fratres, facietis honeste,  
 plurima dixistis, quae placuere mihi,  
 „emendaturos et edendos“ nescio quosnam,  
 credite, non fallo, praemeditabar idem. 1580  
 nil igitur restat, nisi fractam nectere pacem,  
 pauca tamen vobis ante jubere velim:  
 tres aut unus eat de vobis gramina carptum,  
 tres ierint, unum; tres, eat unus, edam.  
 scilicet hoc facto partibor pascua recte, 1585  
 praeter enim sibimet non studet alvus egens.“  
 primus ad haec fratrum: „melius providimus,“ inquit,  
 lis fremeret medio forsitan orta cibo;  
 quid, si deciderent collis is cornibus astra?  
 jurgia quapropter sunt dirimenda prius, 1590  
 neve tibi illicitae patiare cibaria mensae,  
 quod fueris frater, te meminisse decet:  
 tu mediús nobis distans abeuntibus aequo  
 quattuor ad prati climata limes eris,  
 tunc bannum statues, ne nostrum quilibet ausit 1595  
 iudice te metam transiluisse datam,  
 et cum nos, cupidi partes extendere, bannum  
 fregerimus, dabimus legitima esca tibi;  
 fercula tot, ne plura velis habuisse, dabuntur,  
 si tibi sufficiet quinque vorasse quater.“ 1600  
 Isengrimus ovans medii fit terminus agri,

V. 1580. ni fallor B. — V. 1587. providebimus B. — V.  
 1588. cibi B. — V. 1589. deciderint B. — V. 1592. quid C. —  
 V. 1596. transiluisse C. —

spectandique avidus dux senioris adest.  
 frontibus oppositis fratres extrema tuentur,  
 inde gravi bannus conditione sonat.  
 assiliunt fratres, Joseph caput incidit amplum, 1605  
 Bernardus fortis posteriora subit,  
 irrumpunt alii costas. heu stulta timendi  
 improbitas quotiens utile perdit opus!  
 si probitas animi vires aequasset eorum,  
 illa lupo potuit summa fuisse dies, 1610  
 debita sed magnae servantur fata Salaurae,  
 egregiamque manent tanta trophaea suem.  
 machina Bernardi tanto ruit acta tumultu,  
 obvia si Joseph continuasset opem,  
 obvius aut fratri mediâ Bernardus in alvo 1615  
 cornua fregisset, cornibus acta suis,  
 aut certe cupidas ad fauces usque volasset,  
 per longum ventris raptus inane cavi.  
 at citior cunctis Joseph licet afforet, insons  
 emendare timens, praecelerasse cavet; 1620  
 os avidum metuens obliquus dextra peregit  
 tempora, nec cerebri portio parva fluit;  
 et nisi cessissent prae vasto tempora pulsu,  
 plaga penetrasset tempus utrumque simul;  
 sed temere cautum est, Joseph perfregerat aurem 1625  
 temporaque, et quinae dissiluerunt molae.  
 at fratres medii praeter discrimina cordis  
 obvia per vacuum cornua pectus agunt.

V. 1605. incitat B. — V. 1608. prodit C. — V. 1611. Fa-  
 lauræ C. — V. 1620. emendasse B. — V. 1623. ubi *pro nisi*  
 C. — V. 1626. quinque B. —



si foret in planis echo, jam cardine ab omni  
 cornibus obliquis assonuisset ager. 1630  
 cornua subducunt, impulsus ausa secundos,  
 Bernardusque obiter posteriora petit,  
 impete sub cuius primo, dum fratre secundum  
 ocior opposito Colvarianus agit,  
 excussere lupum, veluti fortissima mittit 1635  
 machina quassuram moenia firma petram.  
 sed nisi succussum Bernardus in alta rotasset,  
 dum simul a dextris Colvarianus adit,  
 pressisset miserum moles onerosa Belinum,  
 qui volitante lupo paene reversus erat, 1640  
 nec rapidos cursus potuit compescere, donec  
 oppositum fratrem praecipitavit agens. 1645  
 limes in obliquum cedens orientis et austri  
 decidit, ut spatium transiit octo pedum.  
 ut subito victum videt immotumque jacere 1645  
 Bernardus, tumido clamat ore jocans:  
 „trans medium signas, domine Isengrimé, nimisque  
 trans medium signas, fit male limes ibi,  
 istorsum redeas, ego sum Bernardus, et laudes  
 jure suo fratres expoliare meos? 1650  
 sospite me, Joseph sua detrahis, atque Belino?  
 non aliter quam sic dividere arva soles?  
 parte meâ potiar, fratres fraudare refuto,  
 est potior frater quam spatiosus ager.“  
 tunc Joseph: „Bernarde, sapis, quid inaniter horres? 1655  
 aptius hîc limes quam stetit ille jacet.

V. 1657. concussum B. — V. 1646. timido C. — V. 1656.  
 abscissus — quâ C. —

o quam stante jacens, quam stans est pluris eunte!  
 sic jaceat certe, sic jacuisse velim.  
 lene feram mea damna, velit sua ferre Belinus,  
 visne Beline pati?“ „nolo,“ Belinus ait, 1660  
 „cur ego jacturam paterer? mea jura tuebor,  
 qui vult, damna ferat, non mihi ferre libet.“  
 pulsibus ergo hostem validis aggressus in usque  
 praecipitat partem, Colvariane, tuam.  
 „sic statuendus,“ ait, „tibi, Colvariane, videtur 1665  
 limes? an est aliter? sic ego pono, vide;  
 ego non aliter didici signare, resigna,  
 signari melius sicubi posse putas.“  
 Colvarianus ad haec: „temere in mea pascua venit,  
 per tibi quam frater debeo care fidem. 1670  
 in mea jura nimis cecidit, nisi fugerit ultro,  
 vivam, alias illi tutius esse foret.“  
 tunc bis quinque pedes Bernardi in pascua pulsans,  
 non dubitat miserum praecipitare senem.  
 „dic,“ inquit, „Bernarde, bene est hic limes?“ at ille: 1675  
 „nescio, Reinardum consule, novit enim  
 corniseca hic fieret fortasse, secare solebat  
 cornua.“ tunc clamat Colvarianus ovans:  
 „huc accede, miser Reinarde, quid eminus ahstas?  
 morsibus an nostris terrificatus abes? 1680  
 nec patruī dentes metuas, mansuesse videntur,  
 te siquidem Joseph poscit adesse, veni!  
 Colvarianus et hoc, non gens externa, precatur,

V. 1660. volo BC. — V. 1661. ergo jacturam pateret B. —  
 V. 1673. hinc — in *deest* C. — V. 1683. ad hoc — hesterna  
 B. —

accelera sodes, consiliator ades.  
 circumfertur enim limes, tu siste vagantem, 1685  
 si melius nosti, nos dubitamus, ubi.  
 his nisi ridiculis Reinardus et ipse quid addat,  
 finditur, aut moritur, prosilit ergo celer,  
 qui patruum tam velle videns quam nolle perire  
 sermonis talem fertur inisse modum: 1690  
 „sic bene, sic fratres operamini, approbo factum,  
 jurgia nunc vobis non placuisse liquet.  
 quam bene mensorem vestri satiastis agelli,  
 pro hoc epulo vobis gratia debet agi.  
 fercula viginti large promissa dedistis, 1695  
 promptior idcirco, quando voletis, erit.“  
 „non alias grates hac pro dape poscimus,“ ajunt,  
 „dividat hic nobis jugera, sicque cubet.“  
 „insanitis,“ ait, „mihi terminus iste videtur  
 jurgia non dirimens, immo direpta novans; 1700  
 impingendus erat, vos expegistis et illum,  
 signaret mediam cum bene limes humum.  
 nunc ubi sistatur, toto perquiritis arvo,  
 praeteritae lites exorientur item.  
 at minus in vosmet quam me peccastis in ipsum, 1705  
 adduxi patruum dividere arva meum;  
 scissuras sarcire miser sperabat hiantes  
 exuviis vestris, spes caret illa fide,  
 nam majora patent et plura foramina primis,

---

V. 1688. funditur C. — V. 1689. mori *pro* videns C. — V.  
 1691. bene sit C. — V. 1698. haec C. — V. 1700. direpta C. —  
 V. 1705. perquiritur B. — V. 1705. magis — et B. —



praecipitem toto deinde rotatis agro. 1710  
 indubie dici vos rustica turba potestis,  
 lusibus aptatam creditis esse pilam.  
 consilium sapiens et quaerit, et audit, et implet,  
 indocilem turbam nil docuisse juvat.  
 scire, quid inscitum, quid descit scita, monetur. 1715  
 qui caret ingenio, non erit arte vigens.  
 vivit adhuc spisso tutus sub cortice limes,  
 et nimium vestri vindicat ille soli;  
 ibit adhuc, quo non praeformidatur iturus,  
 atque aliquid pacis, quod doleatis, aget; 1720  
 tollatur cortex, ut inutilis areat arbor,  
 cortice detracto fit minor atque jacet.  
 ite, genus fatuum, capita inclinate jacenti!  
 et dulci patruo pocula ferte meo.  
 quisque parem numerum, quot pocula maximus illi 1725  
 intulerit, minimus tot pietatis agat;  
 non aliter vobis placor. sic fatur, et ipse  
 dilectum patrum decoriare parat,  
 morsu saevit atrox, ingentia frustra trahuntur,  
 morderet siquidem lenius ipse Satān. 1730  
 assiliunt prompti fratres pulsantque vicissim

---

V. 1710. rogatis C. — V. 1715. desit BC. — V. 1717. *ma-  
 lim legere* scisso. — V. 1718. venditur C. — V. 1722. manet  
 B. — V. 1723. inclinante B. inclinare C. — V. 1724. ferre B.  
 — V. 1725. panem minimum C. — V. 1727. fateor ipse C. —  
 V. 1728. delictum C. —

---

— V. 1713-16. *hae sententiae male insertae videntur, nil fere  
 continent, et narrationem impediunt.* — V. 1724. pocula. *cf. III,*  
*450 sqq. videant docti, quid in hisce exemplis interpolatum sit.*



inter pulsandum verba benigna volant.  
 ter feriens Joseph proclamat: „pocula grates  
 redde propinanti, prima propino tibi:  
 accipe, cor miserum, refove!“ quater actus in illum 1735  
 proxima Bernardus pocula largus agit:  
 „quod licet,“ inquit, „ago, non ut desidero possum,  
 sunt dentes rari, cornua densa mihi.  
 quod minus est in dente boni, bona cornua supplent.“  
 bis vicibus ternis Colvarianus adit: 1740  
 „plus tibi, frater,“ ait, „cupio praebere, vetorque,  
 Reinardus vetuit pocula plura dare.  
 si brevis offensam coenantis coena meretur,  
 addere plus cupiens non luat, immo vetans.“  
 bis senis adiens hac fatur voce Belinus: 1745  
 „offer ave, sodes, ecce Belinus adest;  
 ultimus hic crater, sed non vilissimus idem,  
 iste calix offert vina boëma tibi.  
 quis tibi potus in hoc veniat cratere ligurri?  
 ditius hoc alios non habuisse reor. 1750  
 ultimus iste calix, hunc, si potes, ebibe totum.“


---

V. 1742. metuit B. prima C. — V. 1744. nemo pro immo  
 C. — V. 1748. beëna B. — V. 1749. tradere C.

---

V. 1748. vina boëma. *Vidimus v. 1724 not. pocula esse  
 verbera, vinum synonymum est poculi, vina boëma sunt igitur  
 verbera more Boëmorum insicta; et alluditur cladibus,  
 quas Arnulfus a Slavis praecipue Marahensibus pertulit. cf.  
 I, 48. Cratere ligurri forte subintelliguntur perpetui tumul-  
 tus in Lombardia, ad quos sedandos Zwentibolcus anno 889  
 a patre missus est, neque tamen in hoc negotio multum pro-  
 fecit.*

tunc vulpes: „cuncti,“ clamat, „adite simul!“  
fortiter inde omnes adeunt, quo more feruntur  
in cacabo duram frangere pila fabam.  
monachus ille volens credi quandoque fuisse, 1755  
omne pie suffert dedecus atque silet.  
in sua defesso redituri robore demum  
atria, seminecem deseruere lupum.



---

## LIBER SECUNDUS.

---

### ISENGRIM UND REINHART AUF DEM HOFTAGE.

---

[U]t miseros fortuna premit, mansuescere nescit,  
mulctatos mulctis pluribus illa ferit;  
nec, super addendi metam mox provehit ullum,  
nec quemquam subitâ proterit illa manu.  
impia namque pie, mala leniter et male lenis 5  
posse perire vetat, velle perire facit.

---

Lib. II. in *A* minio adscriptum est margini: liber III. C primum versum litera majori inchoat, B hoc argumentum exhibet: incipit secundus liber, quomodo Ysengrinus fecit se physicum regis infirmi et accusavit Reynardum absentem, et quomodo Reynardus effectus fuit physicus et de consilio regis et procuravit excoriari lupum et sunt multae altercationes inter eos. — at C. — V. 4. in *pro* nec B. quidquam C. — V. 5. mala B. —

---

*Lib. II, 1—50. ab interpolatore, qui seculo XII vixit, inserti sunt. Digressio haec didactica ejusdem indolis est, qualis illa, de qua commentatus sum in lib. III, v. 1045 sqq. Auctorem carminis ab ejusmodi ratiocinatione alienum et rebus gerendis narrandisque unice intentum esse, facile colligitur vel e genuinis operis partibus, quae praecedunt.*

materiam servans irae non prorsus inhorret,  
 impatiens pacis convaluisse vetat.  
 et minus in quosquam est probitatis nacta juvando,  
 quam super angendos improbitatis habet. 10  
 scilicet aeternum laedit fidissima quosdam,  
 cum penitus nulli faverit absque dolo.  
 nam majora solent miseris adversa nocere,  
 prospera quam felix ullus habere potest.  
 vidi ego felices, quos saltem infamia laesit, 15  
 porro quibus miseris defuit omnis honos.  
 sospite felices vitâ plerosque repellit,  
 sed raros humiles erigit ante necem.  
 tum multis bona pauca malis ulciscitur, inde  
 conciliat paucis, hinc mala multa bonis. 20  
 Isengrime miser, nunquam haec tibi candida gratis,  
 pensavit colaphis oscula bina decem:  
 nunc pellem scidit illa tuam, nunc prorsus ademit,  
 non tamen, ut penitus destruerere, tulit;  
 donec continuos misere miserata labores 25  
 viribus est totis in caput acta tuum.  
 ergo quid eventus prodest aut quaerere laetos,  
 aut vitasse graves? nemo futura fugat;  
 nam miser in campo, miser Isengrimus in aulâ,  
 hostibus in mediis usque et ubique fuit.] 30  
 Contigit arreptum forti languore leonem  
 nec refici somno nec potuisse cibo.  
 nomen ei Rufanus erat, matrisque suevae

---

V. 10. augendos C. — V. 14. nullus B. — V. 16. quidem  
 C. — V. 18. miseros C. — V. 30. usque, *vid. adnot. ad I, 12.*  
 — V. 33. Ruffanus A. suevae, *melius suavae, cf. quae disputavi*



et patris ungarici filius ipse fuit.  
 alea iudicium vitae mortisque trahebat, 35  
 spe timor ut fieret, spesque timore minor.  
 materiam morbi sors tempestatis alebat,  
 solarem cancro tabificante rotam.  
 jusserat idcirco rex stratum valle sub altâ,  
 quaque dabat densum gratior umbra nemus; 40  
 scilicet ut morbi geminatus et aetheris ardor  
 temperiem caperet commoditate loci.  
 porro animique ferox rex, indocilisque ferendi  
 ipse suae stimulus debilitatis erat.  
 regius hinc praeco non omnia regis ad arcem 45  
 primatum regni nomina pauca vocat.  
 quisque sui generis princeps accitur ad aulam,  
 Berfridus capris, Grimmo tribunus apris,

---

ad lib. I, 126. — V. 44. suae deest C. — V. 46. notat C. —

---

V. 53. Rufanus, est anagramma, quo nomen proprium  
 Arnulfus i. e. Arnulfus imperator obtegitur. Pater Arnulfi  
 fuit Carlomannus rex Bajoariorum, Ungarorum et Slavo-  
 rum, mater vero Litowinda, nobilis femina Carentana, quod  
 stemma immutavit poëta, ne forte pericalum incarreret im-  
 prudenti revelatione. — V. 45. hoc erat placitum Worma-  
 tiense, quod Arnulfus habuit anno 897. quo tempore impera-  
 torem aegrotasse minime constat. At ex Italia redax morbo  
 laboravit et mortuus est. Non crediderim, poëtam illum mor-  
 bum anticipasse, ut fabulam ornaret, nam ab historica rerum  
 serie non deflexit nisi permotus ratione sufficienti. Itaque in  
 fabula morbus mihi fictitius videtur, aegrotavit imperator, quod  
 filius ademptis feudis et pace publice violatâ patris majestatem  
 et imperii dignitatem laeserat, quae resarciri et reparari ne-  
 quibant, nisi Zwentibolcus, quae injuriâ rapuisset, possessori-  
 bus restitueret. Quod fabulae argumentum si admittimus,  
 omnia optime inter se cohaerent. — V. 48, 49. Bruno praefec-

Rearidus cervis, et Bruno praeditus ursis,  
 Carcophas asinis dux, sobolesque ducis, 50  
 vervecum Joseph, tuque, Isengrime, luporum,  
 Reinardus rector stirpis honorque suae,  
 Bertiliana super capreas, et Gutero velox  
 dux leporum, hos proceres regia charta jubet.  
 [ut saltem, si nulla malum medicina levaret, 55  
 officium pietas exequiale daret.]  
 rex quoque disposito praecidere jurgia regno

---

V. 49. Brunio C. — V. 51. Ysengrinusque luporum B. —  
 V. 52. rector i. e. rhetor C. — V. 57. praescidere C. regia pro  
 jurgia B. —

---

tus ursis adnumeratur optimatibus regni ab Isengrimo v.  
 137. eumque a rege magni habitum esse docent vv. 276 sqq.  
 atque praeceptum, quo rex Brunonem jubet lupo pellem ad-  
 imere. Cui personae maxime respondet Hatto I. archiepiscopus  
 Magontinus, qui ecclesiae ab a. 891 usque ad a. 912 prae-  
 fuit; subtilis et vaferrimi ingenii homo, qui Arnulfo imp.  
 ita acceptus fuit, ut cor regis appellaretur, et ab imp. tutor  
 Ludovici infantis, filii legitimi, constitueretur. Omnibus con-  
 siliis interfuit; convenit quoque cum Zwentibolco et Lotha-  
 ringiae primoribus apud S. Goarem ad Rhenum a. 899, ibi-  
 que procul dubio particeps factus est prodicionis, in quam  
 Lotharingi, teste Reginone, contra Zwentibolcum conjurarunt.  
 Grimmonem pseudonymum Ratbodonis, archiepiscopi Trevir-  
 ensis, existimo et aprum vocari, quod dioecesis-hujus episcopi  
 in maximam partem Arduennae silvae protendebatur, quae  
 hodieum apris abundat. Ratbodo episcopatu functus est ab  
 a. 883—915, cancellarius Zwentibolci regis fuit, in cujus lite-  
 ris una cum Odoacro comite saepius memoratur. Concordia  
 regem inter et episcopum non diu vixit, namque Zwentibol-  
 cus, ut qui praeceps irâ ferebatur, Ratbodonem aliquando  
 vel baculo percussit, qui exinde a partibus hostium regis ste-  
 tisse videtur. — V. 55, 56. haec interpolator ex ingenio addi-  
 dit, ad rem non pertinent.

cogitat uxori pignoribusque dari.

Regia turmatim petitur domus, hostis ab hoste  
securus veniens et rediturus erat. 60

regius edicto mandaverat horror ubique  
pacem sub capitum conditione datam.

nec nisi Reinardum vulpem fiducia quemquam  
impavidum jussae fecerat esse viae.

ille secus meditans frigus pulsura nivosum 65  
munia, quid comedat, providet ante famem.

[talìa tunc secum: „tibi te sapere,“ inquit, „oportet,  
quem tangat sibimet cura negantis opem?

curia mandavit locupletes atque disertos,  
qui ratione valent obsequioque juvant. 70

vivere quos nescit, decerneret aula vocandos?  
non curant proceres, absit an assit inops.

desipiat, sapiat, vivat, moriatur egenus,  
nescit, si scierit, traditur aula noto.

ergo aut vilis inops, aut est incognitus aulae, 75  
se dignam servo paupere gaza putat.

V. 58. ad vocem dari legitur in margine A ab al. manu: suis, alius liber. nullus nostrorum codd. hanc varietatem exhibet. — V. 62. perditione B. — V. 67. tibi deest C. — V. 71. noscit C. — V. 74. sciret B. —

V. 58. distichon excidisse videtur, nam sensus imperfectus est. forte hoc distichon voce dari, alterum, quod adhuc superest, vocabulo suis terminatum erat. — V. 61, 62. suspecti sunt, tanquam repetiti e v. 57 et 60. — V. 67—92. quae vulpes hinc secum loquitur, ab interpolatore inserta sunt, cui aliquid deesse videbatur. Studuit interpolator oeconomiae operis, quam ob rem plurima supplementa inseruit, quae carmen absolutius et consummatius redderent.



pauperis obsequio est merces servisse licere,  
 et post obsequium vilis ut ante manet.  
 quaeritur officio si gratia, cogitet auctor,  
 quid, quando, quantum, quî, quibus, ad quid, ubi. 89  
 utile jussus opus promptu, gratumque morando  
 injussus faciat, qui placuisse cupit.  
 ut veniam, jubeat rex nomine, pareo jussus,  
 ingratis probitas officiosa perit.  
 ursus, aper, lupus, hos proceres, quos gaza timendos 85  
 efficit et tumidos, curia mandat, eant.  
 accipiens reddat, timeat, quicumque timetur,  
 nullus amat miserum, nemo timere solet.  
 quid sub rege mihi nisi vivere? pauper, et illud  
 pauperis ut jus est, omnibus aequus ero, 90  
 nec cuiquam faveo, nec quem mihi credo favere,  
 nec quemquam metuo, nec metuendus ego.“  
 Isengrimus ovat Reinardum illudere regi,  
 dum reliqui proceres moenia jussa petunt,  
 seque tulisse putans non tot tormenta, quot esse 95  
 ulturum. reduci vix cute tectus abit,  
 praeceleransque alios subit atria regis, et intrans  
 solus clamat: „ave!“ caetera turba pavet.  
 murmur erat nullum, vix fortem rege gemente  
 rugitum suffert terrificata phalanx. 100  
 ille amens queritur super aegro, cumque tacendum  
 innuerint omnes, clamitat ille magis.

---

*V. 93. haec non bene continentur cum praecedentibus, Isengrimum enim audisse Reinardum secum loquentem patet ex hoc versu, ideoque mihi distichon excidisse videtur. —*



ordine discumbunt, jussique utrimque superne  
 primates, infra coetus utrimque minor.  
 vindicat injussus rudis Isengrimus et urso 105  
 praeformidatum regis ad ora thronum.  
 rege vetante tamen non est compulsus abire,  
 rex inquit: „dubito, spesne sit ulla mei.“  
 econtra archiater: „rex, assum jussus, at ultro  
 venissem, ut videam, quis tibi morbus agat. 110  
 discutere edidici morbos interprete venâ,  
 haec saltem claustro dona docente tuli.  
 mox video, quisnam status exundaverit aegro,  
 et quis debuerit criticus esse dies.  
 exere tangendam!“ rex exerit illico venam, 115  
 tangit et exclamat: „rex, mihi vena placet.  
 si tibi, quae superet complexio, quaeris, ego edam,  
 contuor in primo te calidum esse gradu.  
 talibus esse solet languor fortisque brevisque,  
 fit status hinc simplex et diuturna salus. 120  
 te quoque non alio vexat discrimine languor,  
 tertia lux hujus critica febris erit.“  
 aeger ad haec: „minime rebar, quod physicus esses,  
 sed velut hac factus junior arte venis.  
 quod nisi tu praesens verbis habituque probasses, 125  
 non faceret plenam nuntia fama fidem;  
 nam lanugineae juvenescere pellis amictu  
 cerneris, hac quoque me, si potes, arte juva.“  
 physicus econtra: „jubeas, te sospite facto

V. 103. succumbunt B. utrumque C. — V. 109. Ysengrimus  
 ei: rex B. — V. 113. *rescriptus est in A.* — V. 114. *creticus,*  
*ita omnes.* — V. 124. *verus pro venis C.* — 127

experiar, quam sit physica nota mihi. 130  
 quid facias dicam, tamen hanc, quam cernor habere,  
 Reinardus speciem non medicina dedit.  
 haec atque his adversa tuli graviora per illum,  
 cerne cicatrices, sic renovatus ego.  
 at me clade meâ tua plus injuria laedit, 135  
 jusserat huc omnes praeco venire tuos.  
 ursus Bruno potens et Grimmo tribunus aprorum,  
 nil ego sum, jussu contremuere tuo.  
 hi proceres aliique omnes terrentur, et ille  
 imperiū spretâ mole superbus abest. 140  
 non impune sines hunc ausum tanta fuisse,  
 ut modo respices, det deus atque dabit.  
 tu vervece hodie, cras hirco vescere, mandat  
 talibus hos aegris physica nostra cibos.  
 mandere si posses pariter, praestaret, utrumque, 145  
 vis dapibus largis est reparanda tibi.  
 te mihi per capitis discrimina certa jubente  
 farcirem ut cameras ventris utroque simul,  
 (quamvis alteruter quater esset, quantus uterque est,  
 si meus est hodie, qui fuit uter heri,) 150  
 me faceret miserum minima ungula demta, nec illam

---

V. 131. faciam B. — V. 133. atque aliis tuli B. — V. 134.  
 hic B. — V. 137. Brunio *vel* Brumo C. — V. 139. *malim* at  
*pro* et. — V. 142. non *pro* modo B. — V. 147. crede B. certe  
 C. — V. 148. utrasque B. —

---

*V. 143. sub vervece Joseph laterc videtur Stephanus comes. et sub capro Berfrido comes Matfridus; hos Zwentibolcus feodis exuerat, inde odium (v. 158), ut illos per imperatorem opprimeret.*

qui raperet, letho solveret absque suo.  
 at tibi servandus si cras caper usque videtur,  
 nunc occide, caro caesa recenter obest,  
 non quia sit praesens quisquam, cui tale quid optem.“ 155  
 (ast aderant pariter laniger atque caper.  
 oderat Isengrimus eos, odisse negabat,  
 ut tegeret demtâ suspicione dolum.  
 ergo ait:) „hos omnes, quos implet curia praesens,  
 diligo, meque etiam, sicut opinor, amant. 160  
 verveces alii per rura vagantur et hirci,  
 saepe tamen sapiens proxima prima rapit.  
 si te sollicitant pacis decreta tuendae,  
 stultus ego ostendam, quid sapienter agas,  
 ut multi valeant, paucos cecidisse ferendum est, 165  
 gloria te regni tota ruente ruit.  
 non violas pacem, majori munere vendis,  
 praestat uter, vervex et caper, ane leo?  
 [si quid in hoc peccas, monachus feror atque sacerdos,  
 peccati moles in mea colla cadat. 170  
 non semel in claustris fuit utile gratius aequo,  
 praecedit merito crimina rara timor.  
 non eris exemplar, si lucro vendis honestum,  
 exemplum reperis atque relinquis idem.

---

V. 152. laeso B. — V. 165. sollicitent C. — V. 168. an ve  
 B. — V. 172. praecedet C. — V. 175. exemplo C. — V. 174.  
 temporis pro reperis C. —

---

*V. 169—196. interpolator nimis saepe et quavis occasione  
 data repetit, Isengrimum in monasterio fuisse, ut inde argu-  
 mentum sumat, quo avaritiam et pleonexiam sacerdotum sui  
 temporis perstringat. cf. quae adnotavi ad lib. III, 1045. 1139sqq.*

tenta diu secta est, rebus suspendere rectum, 175  
 et veniam faciunt mutua probra levem.  
 parva quis extimeat magno constantia lucro?  
 saepe fit ob fructum maxima noxa brevem.  
 ut scelerum iudex sic excusator abundat,  
 si, „scelus est,“ alter, „profuit,“ alter ait. 180  
 utere non propriâ sed consuetudine mundi,  
 omnia te metuant, tu nihil ipse time.  
 raptorem committatur honos et commoda rerum,  
 pauper et infamis juris amator erit.  
 nec si pascha foret, pacem violare vererer, 185  
 cum mihi profectum pax violata daret.  
 alligat ac solvit leges securâ potestas,  
 nemo suis debet legibus esse minor.  
 nam non, ut metuantur, agunt praecepta, sed auctor;  
 non gladius, gladium qui tenet, ille ferit. 190  
 lex igitur domino, legi non subjacet ipse,  
 ergo quod ipse jubes, quid variare times?  
 rusticus est princeps, qui rustica jura tuetur,  
 plebs procerum cibus est, utpote prata gregum.  
 utilitas ergo per fasque nefasque petatur, 195  
 saepius esuriet, qui minus aequa fugit.“  
 Incipit interea rex circumvolvere corpus,  
 nec veluti spreto replicat ulla seni.  
 at plus verba doli regem damnasse recenset  
 curia, subjectum quam doluisse latus. 200  
 praescierant facilem stratis mansuescere regem

V. 175. tanta B. — V. 176. veniant B. — V. 180. est aliter  
 B. — V. 187. hac solum lege C. — V. 199. ac C. —



laniger et socius, prosiliuntque citi,  
 inque vicem, quid agant, praefantur, protinus ambo  
 vocibus his stultum corripuere senem:  
 „hinc, domine archiater, domine Isengrime, sacerdos 205  
 hinc fuge, tu nimium regis in ora sedes.  
 non modo proposuit sua rex peccata fateri,  
 presbyter aut medicus, quisquis haberis, abi!  
 presbyter es sapiens regique assidere dignus,  
 foedera qui violas et violanda doces. 210  
 ipse tuae legis, nisi nos reverentia regis  
 terreret, primo suppresserere iugo.“  
 verborumque bonis numerum suppulsibus aequant,  
 hocque sine officio syllaba nulla perit.  
 frontibus oppositis pronum quacumque retundunt, 215  
 ne regem moveat mole cadentis humus,  
 sed pellem lacerare cavent, pius ille tacebat,  
 ad laudem meditans omnia ferre dei.  
 jamque ter hoc iterant: „nisi rex metuendus adesset,  
 primitus in temet pax violanda foret.“ 220  
 hoc aper, hoc ursus laudant; aper: „urse, vide,“ inquit,  
 quam placide tractant hi sua jura duo.“

---

V. 208. quidquid habetis C. — V. 210. *adscriptum est in marg. A ab al. manu: q. d. n. quae literae mihi variantem lectionem alterius hemistichii notaro videntur, forte: qui dirimenda notas. mei codd. hoc in versu nullam lectionis varietatem exhibent.* — V. 214. hicque B. — V. 216. labentis C. — V. 219. tibi pro ter C. —

---

V. 207—10. *cf. adnot. ad. v. 169., qui sequitur versus leoninus 211, incuriae scriptoris tribuendus est. Sunt alia quoque exempla v. 852. 518. 735.*

ursus ad haec: „meditabar idem te Grimmo rogare,  
 quando duos minus his videris esse truces?  
 contuor ac stupeo non ausos qualibet hostem 225  
 tangere, nimirum regia jussa pavent.  
 ut dicunt, monachus meruit bona flagra, nec illum  
 tractarent aliter, quam meruisse putant.  
 sed satis apparet, metuunt offendere regem,  
 rex statuit pacem jussaque regis agunt.“ 230  
 hircus ovisque per haec paucis novere placere  
 profectum medici, sicque minantur item:  
 „jussimus, ut fugeres, domine Isengrime, sedesque,  
 irrita sumsisti pectore vota tuo;  
 scilicet exspectas, ut nostris rege refecto 235  
 carnibus, ex nobis, quod superarit, edas.  
 vis cadere in regem? regi incidit iste, videte!  
 nosis, ubi sedeas, infatuate Satan?“  
 „Isengrime,“ (etenim nondum Isengrimus abibat,)  
 „effuge! paene nimis lusimus,“ ursus ait; 240  
 ni celer abscedas, ibi te sedisse pigebit,  
 pluribus ad regem convenit esse locum.“  
 praecipitemque lupum magno rotat impete vervex,  
 obvia non audet reddere verba miser;  
 (rex autem versâ facie non viderat acta,) 245  
 tunc victus senior sustinet ire retro.  
 dispositae fuerant sedes, sua quemque tenebat,

---

V. 225. quamlibet C. — V. 229. et B. — V. 231. hoc B. —  
 V. 238. *malim* nescis. — V. 243. concitat C. —

---

V. 225, 26. tangere, *falsum est*, cf. vv. 213—15. regia j. p.  
*jam saepius dictum est* v. 211. 219. 228.

stulte summa petens occupat ima pudens.

at caper et vervex pulso sene cominus astant

Berfridoque prior laniger orsus ita est: 250

„hinc fuge, sum potior regi, scabiosus es, hirce,  
sufficiam regi solus ego, aeger enim est.

tu siquidem putes quasi luce ter ebrius abbas.“

lanigero reddit dicta jocosa caper:

„immo tu fugias, quem pessimus inficit hydrops, 255

putri ventre tumes ut lutulenta palus.

rex ergo ipse probet, quem nostri mandere malit,

hoc scio, nos esu non sumus ambo boni.

paene nihil studuit medicâ Isengrimus in arte,

hunc quoque non recte dividere arva refers. 260

physicus unde modo est? utinam Reinardus adesset,

ille nihil jactat, sed tamen arte valet.

scilicet hic regi bene distinxisset edendas,

novit enim innocuas pestiferasque dapes.

si regi, Isengrime, faves, hunc ocus adduc, 265

et medicum credi te voluisse nega.

hoc praesente quidem si posses muris in antrum

reperere, momentum non paterere foris.“

Rector ad hanc vocem se circumvolvitur, at illi

V. 252. non est C. — V. 255. efficit C. — V. 256. luculenta C. — V. 257. lege nostrum. — V. 261. est deest B. — V. 262. jactans — valens B. — V. 264. pestificasque AC. — V. 267. possis B. —

V. 249. *vervex Stephanus et caper Matfridus in palatium imperatoris venerunt, ut ab ipso restitutionem feudorum, quae Zwentibolcus abriperat, impetrarent, unde factum est, ut poëta eos tanquam famulos regis induceret.*

regali properant accubitare thoro; 270  
 regia nobilitas stratis ignoscere gaudet,  
 surgere prostratos et residere jubet.  
 curia collaudat vervecem tota caprumque,  
 at pejora lupum promeruisse ferunt.  
 jamque locuturi grave regis habentia pondus 275  
 in vulpem, Bruno mitigat ante minas:  
 „rector, in absentem noli crudescere servum,  
 forsitan agit causâ conveniente moras;  
 si vero veniens non excusaverit apte  
 tardandi culpam, legibus ange reum. 280  
 Gutero, curre celer, Reinardum, namque moratur  
 ut fatuus demens, huc properare jube!“  
 paruit ille urso. tunc multae carnis acervo  
 Reinardum pinguem luxuriare videt.  
 „quid facies, Reinarde miser?“ clamabat, at ille: 285  
 „stulte lepus, miserum non comitantur opes.  
 ergo quis est felix, si sum miser?“ ille reclamat:  
 „ut taceam, non hoc experiere parum;  
 delatus prodente lupo, vix rege rogato,  
 tempora, dum veniens ipse loquaris, habes.“ 290  
 ille refert: „ha, dicor ob hoc miser? ista profecto,  
 ne miser existam, causa datura mihi est.  
 rex nisi me nosset, non regius hostis haberer,  
 gaudeo, quod vel sic sum manifestus ibi.  
 qui non est odio, non est dignandus amore, 295

---

V. 270. choro C. — V. 276. fores C. — V. 284. vulpem C.  
 — V. 293. ubi — haberet C. — V. 294. candeo C. —

---

V. 295—304. forte hanc consolationem sententiosam inse-



nam, quibus irasci, quisque favere potest.  
obsequiis quibus ira subit damnumque negatis,  
exhibitis merces provenit atque favor.  
hinc mihi pace lupi fit gratior ira leonis,  
nobile plus odium quam miser ornat amor. 300  
sed nec sollicitor, quia me gravis oderit hostis,  
it sapiens liber, quo perit artis inops.  
astuto plus ira solet prodesse potentis  
gratia quam stulto, neutra manere potest.  
vade relaturus: nusquam tibi me esse repertum, 305  
neve mihi timeas, porto quid artis adhuc.  
saepe sui dorsum caesoris virga cecidit,  
pocula pincernae sunt reditura suo.  
Isengrimus ibi nunc temporis esto tribunus,  
non ierit quartum, vespere praetor ero. 310  
Reinardus, solium lepore ad regale reverso,  
multimodas species colligit, atque bonas.  
tunc multas soleas nec hiantes vulnere paucio  
ad sua suspendens collaprehendit iter;  
qui vix prae nimiâ poterat pinguedine, quamquam 315  
fasce carens alio, ferre suimet onus.  
[quid tibi de tantâ referam pinguedine? frustra

---

V. 299. sit B. gravior C. — V. 310. quartum, scil. in aulam regis. — V. 316. falce B. —

---

*rui interpolator, quae responderet rationibus, quas vulpes supra attulerat v. 67 sqq., ut absentiam excusaret. — V. 307. si sensum sequimur, v. 309 subjungendus est versiculo 306, nam sententia interposita ordinem textus turbat. — V. 317-26. pinguem fuisse Reinardum, credamus auctori ex v. 284, at interpolator pinguedinem illam adeo exornandam censuit, ut Reinardum describeret tanquam bestiam saginatam.*

aestimo dicta, quidem non habitura fidem.  
 cernitur a costis costas diffundere, quantum  
 cauda oriens medium corpus ab aure trahit; 320  
 mollior in macris quam dorsum venter habetur,  
 Reinardi dorso durior alvus erat.  
 aëris hunc pleno folli talpaevæ carenti  
 ossibus impresso dixeris ungue parem.  
 more globi teretis volvi non ire videtur, 325  
 atque utero verrit, non pede signat humum,]  
 pendula quippe pedes totos exhauserat alvus.  
 Reinardus talis moenia regis init,  
 terque salutato nec respondente tyranno,  
 projecit soleas cum speciebus humi. 330  
 mox, velut ulteriore viâ prodire nēquiret,  
 deficere incipiens concidit atque jacet;  
 suspiratque diu sessurus, denique surgit,  
 tanquam pausando membra refecta levans.  
 jamque locuturam praestolans curia vulpem 335  
 pendet, et illud idem rex manet ipse tacens.  
 ille suam spatio vocem, interstante perornat  
 et ter suspirat, denique fatus ita est:  
 „adduxere novos semper nova secula ritus  
 et veteris populi despicit acta rudis; 340  
 res rebus subeunt, mutatur tempore tempus,

V. 325. cerei C. terens B. — V. 327. *rescriptus est in A.*  
 — V. 328. taliter C. — V. 332. insipiens C. — V. 338. tibi C.  
 cum B. *pro ter.* —

V. 351—354. *ornatior descriptio et repetita cf. 353 cum*  
 358. — V. 359—364. *philosophatur vulpes ex ingenio sec. XII;*  
*perpetuas antitheses interpolatori tribuimus.*

nec coeli facies est modo, qualis heri;  
 mens rationalis vertigine cetera vincit,  
 moribus et citior quam fuga rebus inest;  
 en malus est hodie, cras pejor, pessimus ultra, 345  
 qui fuit hesterno vespere paene bonus;  
 cum fuerit pejus faciendi pessimus impos,  
 moribus hinc standi, non prius, ordo datur.  
 plenior officiis primum, post aequa dabatur,  
 inde minor merces, denique nulla quidem; 350  
 gratia magna dehinc, tunc parvula, nullaque nuper,  
 nunc utinam liceat promeruisse nihil.  
 obsequiis redit ira, cadit bene calculus istic,  
 proficit egregie tempore pauper in hoc.  
 si, quod ego, quisquam locuples pro rege tulisset, 355  
 obvia tota illi jam domus isset ovans,  
 rexque salutasset prior hunc, a rege secundus  
 sideret hîc, potum sumeret atque cibum:  
 sed quia nos inopes servisse impune vetamur,  
 nimirum sors haec pauperis esse solet, — “ 360  
 fertur in hanc vocem rex subrisisse parumper:  
 „quid pro me tuleris, dic, ego grator,“ ait.  
 ille morans iterum suspensâ voce parumper  
 responsum tali calliditate linit:  
 „rex, dubium facturus iter per compita quaedam 365  
 insidiatores esse verebar ibi;  
 vespere praecedente viam dum sidera rimor

V. 347. inops B. — V. 356 esset BC. — V. 358. *A comma ponit post sideret, et refert adverbium hîc ad sententiam sequentem. Interpunxi ex analogia prioris versiculi, nam hunc et hîc sibi respondere videntur.* — V. 359. vos B. —

et reseraturum fata futura polum,  
 stella minax subito, mutandis regibus index,  
 crinali visus occupat igne meos, 370  
 dirigui cecidique, tuum caput illa volebat;  
 (devoceo stellas, consulo quasque tamen,)  
 altera lucebat, quod adhuc medicabilis esses,  
 spes mihi cor coepit reddere, membra vigor.  
 [spes mihi res, spes sola comes, mox curro Salernum 375  
 et volat in collum physica tota meum.]  
 vi propero, mora parva odio est, quasi dira cometae,  
 artibus huc raptis fulminis instar agor.  
 curia multifidos speculatur tota cothurnos,  
 usus ego quibus hinc, hucque agor, inde redux. 380  
 sexque cothurnorum trisono paria explicat ore,  
 ungarice, turce grammaticaeque loquens;  
 terque ea dinumerans, semel omnia, quaque loquelâ,  
 non isdem numeris ad numeranda redit,  
 sed repetens eadem, veluti restantia, vocem 385  
 mutabat numero posteriore suam,  
 finiturus eo, quo rex magis utitur, ore,

---

V. 372. stellam B. — V. 375. circa C. — V. 376. mecum  
 C. — V. 377. ut C. si B. pro vi. — V. 381. tria ultima verba  
 desunt B. — V. 382. ungarice C. — V. 384. nos hiisdem nimiis  
 C. —

---

*V. 371, 72. textus interrumpitur hoc disticho, cujus alterum hemistichium cum reliquo textu non bene conjungi potest. — V. 375, 76. Quo tempore schola Salernitana sit instituta, non constat inter viros doctos, sed inde a sec. XII eam maxime claruisse, notum est. Interpolator medicos sui temporis ridet, sed non erat his locus, cum veri similitudo, quae carmini opus est, digressionem illam non ferat.*



expedit ungarico tertia sena sono.

adjecitque: „fame tumeo, rex aspice, rumpor,

quid verbis opus est? mors tibi nostra patet. 390

vix, dum parta tibi sumatur potio, vivam,

nec medicina mihi quae tibi praestet opem.

ne moriaris, in haec vitae discrimina veni,

terque salutatus non mihi reddis ave.

has autem species summus mihi dona magister, 395

sub cujus didici traditione, dedit.“

tunc sparsas in vasa legit, quibus undique motis

moenia perfundens tota replebat odor.

Isengrimus ubi medicas dimiserit ollam

servantem species? ursus aperque rogant. 400

„an Berfride tibi servandas tradidit?“ ajunt,

„quane illas ergo temperet arte caret?“

hircus ad haec: „proceres, aliter quam noscitis, actum est,

artis adhuc medicae permanet ipse memor,

sed desunt species. transcendere sueverat Alpem, 405

V. 388. saeva C. — V. 391. mihi C. — V. 393. nec. B. moreris C. morereris A. — V. 397. vase B. — V. 400. rotant B. — V. 401. subscede pro Berfride C. — V. 403. hoc — nescitis C. —

V. 388. ungarico i. e. lingua slavonica carentana, in qua Arnulfus educatus est. — V. 394. refertur ad v. 329, itaque interpolata videntur, quae legimus v. 362. nam regem nihil prorsus respondisse, e versu 394 patet. — V. 405–8. Avus Isengrimi est Carlomannus Bajoariorum rex, qui cum exercitu aliquoties in Italiam profectus est. Species mercari dicitur, quod plerique Carolingorum vel in Italia vel ab Italis veneno necati tradebantur. Galla vox, quod Lombardi gallica, i. e. romano-barbara lingua utebantur. Vacua olla dicitur de emoriente Carolingorum domo, praesertim Arnulfi.

mercari species more sagacis avi;  
 nostra sed arva super gallae commercia vocis  
 perdidit, idcirco stat vacua olla domi.“  
 Tunc sibi Reinardum propius considerare rector  
 praecipit, herbarum captus odore bono, 410  
 porro suas sumtu species aptare repente,  
 incipiebat enim febris adesse tremor.  
 In faciem patruī medicus nunc lumine verso,  
 nunc repetens regem, talia verba refert:  
 „quid species trivisse juvat, nisi feceris illam 415  
 rem prius acquiri, cujus egemus adhuc?  
 potio tarda tuam non est motura querelan,  
 en aliud nobis, unde queramur, obest.  
 potio quam primum fuerit confecta, bibenda est,  
 ne defraglascat vim minuente morâ. 420  
 exige rem propere, cujus defectio laedit,  
 herbarum modicum conficit hora brevis.  
 rem, dixi, propera, sed quid properasse juvabit?  
 impingas, vellas, denegat illa sequi “  
 „improbe!“ rex inquit, „quid apud mea regna, quid usquam  
 inuenies, quod non mox habuisse queam?“ [425  
 respondit medicus: „non, sicut credis, agendum est,  
 multa potes, sed non omnia solus habes.  
 [saepe fit inventu res prima novissima quaestu,  
 raraque quaerenti sponte aliquando venit. 430

---

V. 407. gallem B. — V. 411. cepit *pro* sumtu B. — V. 420.  
 defraglascat B. — V. 424. impingat B. — V. 425. unquam C. —

---

V. 429—32. *vid. adnot. ad v. 307. et v. 431 e semet ipso  
 repetitus est.*

ungue quidem sua quisque tenet, sua quoque tenente,  
in varios casus plurima vota ruunt.]

quod quaero, invenies, sed contemplabere forsā,  
quid tamen hoc prodest? ungula prava tenet.

omnia fingantur, praesentia servat avarus, 435  
subripit externas, res dabit ille suas?

argue, posce, jube, da, sponde, tunde, minare,  
semper in obliquam nititur ille viam;

non hunc aut Venus aut pietas, aut foedera tangunt,  
vi cogente dabit, si qua daturus erit, 440

oblatis donec sua plaris pendit avarus,  
feceris hunc nullā conditione probum.“

rex iratus ait: „quantocius assere, quidnam  
desit, ego experiar; quis neget, edo palam.“

„cedo ego mox domine,“ ille refert, „utinam ille precando  
flectatur, qui rem, cujus egemus, habet. [445

pelle lupi, qui dimidium tribus addidit annis,  
si cupis, ut subito potio prosit, eges:

illius aetatis corium natura lupinum  
tam mirā medicae dote beavit opis, 450

V. 433. contemplabile C. — V. 434. parva B. — V. 435. finguntur C. in hoc ms. haec hexametro subjungitur v. 442; excidere itaque sex versus ob incuriam librarii. — V. 442. pronum B. —

V. 447. pellis lupi poscitur, i. e. restitutio feudorum, quae ipse quatuor comitibus ademerat. Aetatem trium annorum et dimidii explicare possumus hoc modo: Zwentibolcus anno 895 rex Lotharingiae creatus est, quem jam antea pater primoribus illius terrae commendaverat; placitum Wormatiense habitum est 897, desiderantur itaque sex menses. Aetas hoc loco tempus regiminis esse videtur.

ut si tectus eo sumtis sudaveris herbis,  
     mox priscus repetat membra fovenda sopor;  
 [utque rapax cremiis elambit Muleiber unctum,  
     desiccata semel sic tibi febris abit.]  
 perface, quod superest, ego quaeque salubria dixi, 455  
     hîc ergo species hicque parator adest.  
 eja nunc subito pilam pilumque parandis!  
     incipit instanti rex trepidare malo,  
 et reliqua interea sic provideantur oportet,  
     ut tempus teneant, en ego tardo nihil; 460  
 cetera festinet nobis quicumque daturus,  
     confestim species en ego frico meas.  
 eja quisne dabit pilam? rue, profer!“ at illi  
     quisque alium cursu praecelerare parat,  
 Isengrimus ad haec condensae irrepere turbae 465  
     enitque foras cogitat esse bonum;  
 „quamvis,“ inquit, „agant nullum haec mihi verba timorem,  
     infortunatis multa nocere queunt,  
 ut felix metuenda solet contemnere tutus,  
     sic etiam debet tuta timere miser.“ 470

---

V. 455. quasi *pro* quaeque C. — V. 460. an C. — V. 462.  
 an C. — V. 465. irrumpere B. — V. 468. nulla C. —

---

*V. 453, 54. doctior et mala comparatio, febrem sudore  
 desiccare mihi quidem non probatur. — V. 457—478. haec ad-  
 dita esse arbitror, v. 458 mendacium continet, si cum v. 479,  
 80 conferimus, (sed mentiri vulpis est,) duplex istud en ego  
 mihi non placet; v. 468—70 reperimus constantem illam phi-  
 losophandi rationem, qua interpolator distinguitur; (cf. I, 41.  
 ibique adnot.) hyperbole v. 475 major est, et denique scriptor  
 proditur antithesi v. 478, quod scribendi genus in deliciis ha-  
 bet. cf. I, 64. 66, II, init.*



senserat et jussit Reinardus taliter horrens:

„quo via jurata est? ibitis omne, quod est?  
octo valent pilam bene ferre, tot absque sene ibunt,  
at nonus sedeat, quo parat ille viam?

ille manere potest ausumque ignosco sedendi.“ 475

non dubitat de se dicier ista senex,  
nescit quid faciat, sed quo processerat, haeret,  
tam migrare timens, quam remanere dolens.

Anxius interea rex volvit multa, diuque,

quid faceret, dubitans, nomina pauca vocat: 480

„quid faciam, Bruno, quid dicis, Grimmo? quid omnes  
dicitis? hinc sapiens expedit atque favens.“

ursus ad haec: „longa non est ambage vagandum,  
nos sumus ancipites, unde cupita petas,

Isengrimus adest gnarus quarumque viarum, 485

et tribus a denis hinc sua claret avis,  
alloquere hunc, si rennuerit, ne quaere, quod optas;  
non aliquis si non consulere ille potest.

obsequeris Reinarde mihi?“ cui replicat ille:

„inficior quaedam, quae domine urse refers, 490

V. 471. tussit AB. — V. 472. esse quid C. — V. 473. ibant, omnes, at sensus sibi futurum postulat, quod contra codd. auctoritatem recipiendam putavi. — V. 477. praecesserat B. — V. 480. vetat C. — V. 485. ad haec C. —

V. 486. tribus pro gente. constructio haec est: et gens sua claret denis avis ab hinc, i. e. retro; quae adnotatio optime cum Zwentibolci majoribus congruit, qui revera decem fuerunt, scilicet Arnulfus, Carlomannus, Ludovicus Germanicus, Ludovicus pius, Carolus magnus, Pippinus rex, Carolus Martellus, Pippinus II., major domus, Ansegisus, S. Arnulfus, quem Carolingi conditorem gentis suae habuerunt.

et quaedam memoras constantia testibus aptis,  
consiliis regi, si favet ille, valet.

sed scio paucorum, nisi forte recensita sacris  
linea sit libris, hunc meminisse retro.“

His lupus auditis nusquam se mallet abesse 495  
et nimis absentes devovet ipse fores.

ergo sic fugiens, ut non fugisse putetur,  
dissimulare novâ nititur arte fugam,

versus enim in socios, alio spectantibus illis,  
retrosum properat, visus itemque redit; 500

sed minus usque redit passu, quam fugerat, uno,  
dum se furatur limen ad usque fere.

viderat hoc vulpes, oculorum cujus in herbas  
dexter erat, profugi laevus in acta senis.

„patruë,“ clamabat, „nunquam tam mira notavi, 505  
si, quae cerno, facis, sed mihi credo parum.

inter pontificem Geroldum teque vicissim  
per consanguineam dic mihi, quaeso, fidem,  
somnia, vel properas extrorsum introrsus eundo,

V. 506. sique servo C. crede BC. — V. 507, 8. desunt AC.

V. 507. Geroldus pontifex, i. e. Arnulfus episcopus Mettensis, quo sancto conditore gentis suae Carolingi haud parum gloriati sunt. Scriptum fuisse Gerolfum pro Geroldo equidem conjicio, sed lectionis varietas deest, qua conjecturam corroborare possim. Nomen ab auctore parce detortum est, quod saepius fecit, sed Gerolfi meminit triplici ex ratione, tum quod pater Zwentibolci vocatus est Arnulfus in honorem S. Arnulfi, tum quod syllaba ulf lupum, quae est persona Zwentibolci, designat, denique quod Gerolfus idem significat ac Iscgrimus, nempe lupum in sacris. De necessitudine Zwentibolci et S. Arnulfi disputavi ad v. 486.

quo plus huc properas, hoc mage limen adis; 510  
extrorsum properas, vel janua nititur intro,

huc potius, grates ut mereare, veni!

quaerendis regi super expedientibus aegro  
informa dubios sollicitosque juva!“

tunc lupus accedens itidem rectore jubente 515  
diffiso cassum corde reliquit iter.

„ut quid consiliis,“ ait, „applicor? omne luporum,  
ut vos me, sic vos nosse, ego dico, genus.

quaerite vos pellem regique impendite bimam,  
seu libeat trimam, non ego curo quotam. 520

grates nolo dati, quaerendi nolo laborem,  
vos meritum exspectat, vos labor ille vocat.“

saeva loquebatur, delato dulcia coram

principibus norat profore verba parum.

archiater jurans caput ungui tangit et infert: 525

„hoc rufum, proceres, ecce videte caput!

per rufum caput hoc et nos quaesivimus aptum  
servitio regis repperimusque lupum,

dicere quem nolo, praesens habet aula valentem,

hic, si nos audit, novit, an ipse sit is; 530

terga laborando dabit aut vix absque labore,

gratia pro quaestu sit, quibus aequa venit.“

Isengrimus ait: „delirat rusticus iste,

V. 510. *dest C. neque lacunâ hic defectus notatur.* — V. 511. *quo plus huc properas C.* — V. 513. *ergo B.* — V. 516. *diffuso C.* — V. 517. *esse pro omne C.* — V. 518. *noscere dico B.* — V. 520. *liceat B.* — V. 521. *dari — latorem C.* — V. 524. *noxat B.* — V. 529. *hunc pro habet C.* — V. 531. *latore C.* — V. 532. *quibus deest B et lacunâ indicatur.* — V. 533. *ille C.*

quis lupus hîc sine me est? me sine nullus adest;  
 utilis hic utinam lupus esset!“ id hoste locuto 535

laetitiam Joseph dissimulare nequit;

„Isengrime, tene ferulam, tu jure tenebis,  
 per sanctum Aegidium sune, locutus enim es.“

laetus ad haec Bruno: „schola quae componere versus  
 te docuit, Joseph? scit bene velle lupis. 540

ergo aliquis cum sit lupus hîc, nullusque nisi iste,  
 regis ad officium qui bonus esse queat:

his positis, Reinarde, doce quid deinde sequatur,  
 concilium puncto non dirimetur in hoc.“

Sevocat hîc patrum vulpes et in aure profatur: 545

„patruë, quid nobis conferet iste dies!

nonne patres nostros operum proventus opumque  
 praeposuit nobis? vix sumus umbra patrûm;

quis tamen illorum meruit donare leonem

pellicio? ut cuperet tanta, quis ausus ita est? 550

ecce tibi hunc nostrâ deus arte paravit honorem,  
 quam faveam patruo, notificabo semel.

ex hoc ergo tribus quotiens recitabitur, abs te  
 linea principium nobilitatis habet.

[gloria tanta hodie tibi suppetit, omne priorum 555  
 obscuras unâ prosperitate decus.

tu caput augustum generis signabere nostri,  
 et te posteritas tota vocabit avum:

V. 539. subrisit Bruno B. — V. 549. dotare B. — V. 550.  
 caperet B. — V. 552. faveo B. — V. 557. in pro tu B. —

V. 555—560. haec est uberior explicatio sententiae, quae  
 praecedit.



et tibi subnascens extrema superbiet aetas  
in nomen titulo tale profecta tuo. "] 560  
ille retro saliens hoc se solamine tantum  
roborat: „exiero, mansero, nonne peri?  
quaevis poena minor fit tanquam sponte ferenti.“  
archiater residens: „mors,“ ait, „ista mora est.  
patruë, Brunonem nosti paulo ante locutum: 565  
„sufficit ambages hac tolerasse tenus.““  
ut video, regi non auxiliaberis ultro,  
cauda piri semper respicit, unde venit.  
[perdere rem pravi malunt quam vendere honeste;  
dantibus invitis gratia resque perit. 570  
dum nimis infixo res unque tuetur avarus,  
pro stipe saepe brevi maxima damna tulit.  
testor herum foliis vescentem et frondibus, isti  
crede sacramento, perficietur enim.]  
non ultra patiar regem caruisse lupino, 575  
cum pateat praesens, tegmine, cujus eget.  
dicere tardabam, sperans, te sponte daturum,  
ut foret officio gratia digna tuo.  
asserò nunc, quoniam tibi inest, quae congruit illi  
aetas pellicio, quod medicina petit. 580

---

V. 569. honesto AC. — V. 576. pareat C. —

---

V. 569—74. interpolator hinc suas sententias subjunxit iudicio auctoris, quem interpolandi modum saepius animadvertimus, I, 405 not. Tangit deinde v. 575 asini testimonium, quod, si quid anquam spurium est hoc in carmine, procul dubio probari potest, seriori aevo insertum esse; vid. adnot. ad v. 685.

[vera favore metuve tacens, et falsa loquensve  
 vel prece vel pretio, dedecus omne ferat.  
 physica cum fuerit tibi tam percursa frequenter,  
 res mihi quae patuit, non tibi nota fuit?  
 unde medela foret supplenda, sine indice nosti, 585  
 sed tibi cor longe, quod bene vellet, erat.“]  
 has veluti nollet voces audisse, videtur  
 respondisse senex, talia namque refert:  
 „rex credat, curabis eum, si tanta medendi,  
 quanta meae pelli, vis speciebus inest. 590  
 proditur, ut taceam, canis mea testibus aetas,  
 lustra supergredior temporis octo quater.  
 auspiciam, Reinarde, tuum nimis omnia turbat,  
 optimus est nactis immoderata modus.  
 fila trahis libito, quidni? pro regibus oras; 595  
 vespere laudari debet amoena dies.  
 scorpio blanditur vultu, pars postera pungit.  
 forsitan in campo conveniemus adhuc.“  
 Ursus ait: „quod vis, loquere, Isengrime sodalis,  
 canities multos occupat ante diem. 600  
 [accidit albedo, nec temporis usque fit index,

---

V. 581. loquensve, particula ve superflua et ob versum  
 adnexa est. — V. 589. credit B. — V. 593. suspiciam C. — V.  
 594. omnibus B. — V. 595. subito C. quid tu B. —

---

V. 581–86. inserta habeo, nam antithesis 581, 82 et lin-  
 guae regulis repugnat et suetum genus est interpolandi cf.  
 478 not., atque supplementam medelae 585 refertur ad perfu-  
 dum lupi consilium, v. 143 sqq., cui vero vulpes non interfuit.  
 — V. 601, 2. amplificatio versus praecedentis cf. 569 sqq.  
 I, 12.

et nova nix̄ albet, vixque triennis olor.<sup>64</sup>  
 Obviat archiater, dulci violenta locutum  
 responso patrum pacificare volens:  
 „patruē, cognatum terras, qui nulla minantem      605  
 te timet, et quamvis oderis, ipse favet.  
 pone minas, precor, ut cupio, tibi prospera cedant,  
 sed gravis offensae te tenet aula reum.  
 nam libertus adhuc debere telonia regi  
 diceris, et retinens usque latere modo.      610  
 computat exactor pluris, quam possumus ambo  
 solvere, jacturam, debita deinde jubet.  
 rem tibi cum damno rex, hoc si spondeo pro te,  
 annuit, impensā solvere pelle licet.  
 solvere dimidium, si succurrentis egeres,      615  
 promptus eram, at pellis sat tua sola facit.  
 quod si canitie pellem defendis inani,

---

V. 614. impensam B. — V. 617. qui sine canitie pellem B.  
 pellis C. —

---

V. 617—766. Quae de vervecis, capri et asini testimonio hic narrantur, mihi maximam partem interpolata videntur. Poscit enim vulpes, ut de aetate lupi verum dicant, quod minime faciunt, sed proferunt quisquillas, a re maxime alienas, quas sigillatim si examinamus, commentum interpolatoris luce clarius, ut opinor, manifestabitur. Ac primum erravit interpolator in sensu vocis lustrum, quod v. 627 quinquennium indicat, cum apud auctorem carminis lustrum significet annum, et seculum hyperbole sit pro decennio. Recte igitur lupus v. 592 contendit, se natu majorem esse 52 annis, et secula sex, quae Salaura tulit (IV, 559), annos constituunt sexaginta. Quos vulpes v. 447 annos appellat, revera sunt anni, ut alio loco demonstrabitur. Joseph excusationem violatae pacis in Isengrimum retorquet (665 sqq.), qui ipse eandem rationem supra protulit (v. 165 sqq.), et caper eodem modo lupum sine

convinci propriâ prodicione potes.

annus enim est hodie, nec nox super una nec infra,  
 ex quo nos eadem ceperat octo domus, 620  
 nec mora, nonus ades, viso tibi plausimus omnes,  
 praeside te nobis prospera quaeque rati.  
 poscimus, ut, tanquam gravis aevo et praeditus astu,  
 dictator nostro praeficerere choro;  
 at tu te perhibens semi minus esse triennem, 625  
 excusas annis et ruditate jugum.  
 unde tibi veniunt tot nunc quinquennia, quando  
 dimidium lustris non superaris ibi?  
 fallere si dicor super his, procedite testes!

V. 619. infra deest B. scriptum erat extra, quod erasum est. — V. 621. adest B. — V. 624. proficere B. — V. 625. prohibens B. —

*mora decoriandum suadet, quo lupus ipse leoni consilium dedit (v. 143. 155. 154), ut statim vervecem et caprum occidi juberet. Utrumque igitur testimonium nihil novi, immo repetitionem exhibet. Carcophas denique Francogallus habetur (689 sqq.), ineptiasque profert asino dignissimas. Sed hac in persona interpolator egregie fallitur, alium enim hominem subintelligit (versimile gallicum quendam sacerdotem), quam auctor ipse, qui lib. IV. v. 369, 70, 443, 445, 46 etc. accuratam notitiam Carcophantis reliquit. Aut hunc locum non recordatus est interpolator, aut non intellexit. Ceterum hac narratione oeconomiae carminis minime prospectum est. Quis enim cum jam ursus consilium brevitatis dederit (v. 566), hasce ambages ineptas coram rege et aegroto perferat vel excuset? Quod in vitium interpolator inductus est sive subtilitatis et acuminis ostentandi cupiditate sive quod stultum quendam hac occasione castigare voluit. Singula interpolationis vestigia suis locis monstrabo. Genuini textus testimonia deprehendere mihi videor v. 617 in voce canitie, v. 661 s. v. Anglicus et cauda; cf. quae adnotavi ad l. I. 375. II, 941.*



surge, celer Joseph! testificare mihi! 630  
 tuque, asine, atque caper, vos tres coëratibz ibidem,  
 (testibus externis non adhibebo locum,) 635  
 vos, quibus ille favet, quique ipsius estis amici,  
 eligo vos, verum dicite, nostis enim.  
 Dissimulant testes, jussi prodire morantur, 635  
 se rerum, referunt, non meminisse satis.  
 bis jussi prodire, sedent, quasi, „num quid amicum  
 possumus aut dominum prodere sive patrem?“  
 tertio clamati tardant. Reinardus: „in ipsum  
 peccastis regem, ni properetis,“ ait. 640  
 hoc tanquam veriti surgunt, properare jubentur,  
 segniter accedunt, curia tota silet.  
 ursus: „an hos,“ inquit, „qui ter quoque surgere jussi  
 vix parent testes, dicere falsa rear?“  
 ordo datur fandi, vulpes: „secedite paulum 645  
 vos duo, tu proceres, laniger,“ inquit, „adi!  
 hos superas aetate duos, meliusque loquacem  
 rhetoricam nosti, vox tibi prima datur.“  
 ille, susurranti similis, senioris in aurem  
 clamat, ut audiri possit ubique loquens: 650  
 „ecce, patrine, vides, testari cogimur in te,  
 res tibi proficuo, si sapis, ibit adhuc.

---

V. 636. sed referunt rerum C. se reserunt, rerum B. —  
 V. 639. clamanti B. — V. 643. ad C. — V. 651. pater ne B. —  
 V. 652. proficue C. —

---

V. 647. loquax rhetorica, res et nomen senioris temporis  
 videntur, doctior est allusio, quam quae ab auctore profecta  
 esse possit.

ut grates mereare datis, quae debita tanquam  
 non debens peteris, da sine teste libens.  
 nil nisi vile lupi corium rex postulat abs te, 655  
 si tam parva negas, grandia quando dares?  
 alba solet cornix affectum scire tacentis,  
 ecce taces, taceas, ast ego, nota loquar.  
 Isengrimus ibi quidam fuit illius aevi,  
 quod Reinardus ait, non ego testor in hunc; 660  
 non habet hic caudam, velut Anglicus alter habebat,  
 nam, nisi qui coram est, tunc quoque nullus erat.  
 id superaddo, parum quod vulpes nescit, at omnis  
 curia cum magno rege fatetur idem.  
 si quis pellicii damnum Isengrimus ademti 665  
 senserit, amisso pax violata caret,  
 hic monachus praesto est omnem indulgere reatum;  
 sic certe socii crimina celo mei.  
 Finierat vervex. subjecit talia vulpes:  
 „tu bene celasti, gratia magna tibi. 670  
 foederis alterni signum est, quod cominus astas,  
 sic faceres, tecum fors ubicunque foret.  
 si duo privatim quovis staretis in agro,  
 in natis pietas esset aperta patrum.  
 eja nunc, caper, huc! quod amas, testare loquendo.“ 675

---

V. 654. poteris C. — V. 655. ab B. — V. 658. vera C. —  
 V. 663. insuper addo B. insuperando C. ac B. — V. 666. ma-  
 net B. *ex alliteratione substituerim perit, et emendaverim* sen-  
 tit et amisso —, *nam v. 667 apodosin continet, quae cum textu*  
*praecedenti qualis nunc est, non cohaeret.* — V. 671. abstas  
 C. — V. 674. parum B. —

---

V. 661. Anglicus cf. I, 599.

prodiit excusans atque locutus ita est:  
 „actus ego in testem, quod dicere debeo, dicam,  
 Reinardi cogor non reticere metu.  
 cognita quae dixit Joseph, non eloquor ultro,  
 sed scio, quod sciri dico necesse nimis. 680  
 quod foret abscondi damnosum, sponte fatebor.  
 luna hodierna bona est, crastina vero nocens.  
 pellis ob hoc cujusque lupi, cras usque senescens,  
 optima quae nunc est, absque vigore foret.“  
 Tertius accitur Carcophas testis asellus; 685  
 concutiebatur voce rudentis humus:  
 Isengrime, senex-juvenis laetare! quod isti  
 finxerunt testes, obice casso brevi.  
 scis, quis sim? Stampis oriundus ego esse magister  
 Carcophas inter pascha Remisque feror. 690  
 artis ego aridens Carcophas dicor, ab artem  
 (allatrante Petro) *litera* totus ego.  
 tam rudis intrasti forsã quam *junior* istuc,  
 ergo discipulis associare meis.  
 grammaticam nosces, age, dic, cum scribitur *n. c.*, 695

V. 678. *meam pro metu* C. — V. 679. quod A. — V. 680. minus B. — V. 687. *locare* C. — V. 689. *oriundus* B. *orundus* C. *lapsu calami, sed pœta hîc inducit asinum soloecismis loquentem, quos sancte conservavi. oriundus, more pronuntiandi gallico.* — V. 691. *ob* C. *arte* B. — V. 692. *a latrante* C. — V. 693. quod C.

V. 689. *Stampae (Estampes) oppidum gallicum sec. XII clarum, quod synodi et concilia ibi habita sunt annis 1112. 1130 et 1160. Situm est inter Lutetiam et Aurelianum.* — V. 690. *Remi, nomen interpolatis tantum in locis legitur. cf. I, 939 not.*

supposito titulo syllaba qualis erit?  
 non loqueris? " reticebat enim, „fur, exue, nequam!  
 caedite *quis* virgas, decoriabo canem.  
 collige literulas! *nunc* syllaba nascitur, hoc est,  
 quod *nunc* pellicio despoliandus ades. 700  
 indico, non testor, villos spectate recentes!  
 junior est dicto, praebeat ergo cutem.  
 rusticus hic Joseph versus facit, atque *b. e. b.*  
 colligit, et tu *nunc* syllabicare nequis?  
 grammaticae minimum nescis, medicusque videri 705  
 appetis, atque etiam claustra subisse refers.  
 quam bene cantata est hodie tibi *prima*, solesne  
 sic sapere in claustro, sicut agenda foris?  
 psallere qui monachus non novit, consulo, pellem  
 exuat, exutâ pelle peritus erit. 710  
 quam procul hinc velles, si fors favisset, abesse,  
 sed prius, *ut* scieris psallere, nosse yelim.  
 horarum series causa est brevitatis agendae,  
 quando dabis tunicam, tota canenda simul.  
 exue, fur, saccum! rex noster primitus illo 715  
 utetur, tribulis serviet inde meis.  
 contemnit parere mihi; Berfride, jubeto!  
 te citius forsâ praecipiente facit.  
 per sanctum Bavona! nihil pietate lucramur,

---

V. 699. haec. C. — V. 701. judico BC. nunc C. spectare  
 BC. — V. 703. atque *excidit* C. — V. 711. velle B. sors AC.  
 ab omne C. — V. 712. si C. scires B. — V. 715. cur factum C.

---

V. 706. sacerdotio lupi saepissime alludit interpolator. cf.  
 v. 169. not. — V. 719. S. Bavo ad Gandavos pertinet. cf. quae  
 de patria interpolatoris disputavi ad lib. II, 1159.

T. 1141



mos suus est monacho, vi capit, ungue tenet." 720  
 Desierant testes, monachoque petita negante  
 intulit haec graeco physicus ore vafer:  
 „testibus auditis reus, Isengrime, subire  
 cogitur emendam, suppliciumve pati.  
 ne tamen hinc aut tristis eas, aut actus in iram, 725  
 rex facere intendit, tu prout ipse sinis;  
 te potius pietate trahens quam viribus angens,  
 poscit permodico rex sua jura modo.  
 si dare te taedet pellem, praestare memento,  
 rex, ubi sudarit, mox tibi reddet eam. 730  
 dixeris haec contra quicquam, ter noctibus octo  
 non repetes punctum commoditatis idem.  
 quid miser usque taces? non est tibi cura pudoris?  
 fac, si quid facies, potio frixa fere est.  
 nunc calida est aestas, nec eges hoc pellis in aestu, 735  
 quin huc miramur traxeris ut quid eam,  
 tam gravis est, tamque inspectu deformiter horret;  
 cur, vesane, tibi larva lupina placet?  
 talibus in mediâ visis hieme octo, nec unâ  
 dignarer scapulas dedecorare meas. 740  
 paene tamen dubitas, servare an tradere malis  
 pellicium, et quid si stricta rigeret hiems?  
 quod si dimidiam petereris ponere pellem,

---

V. 720. in caput ungue tui C. vi vel ni caput B. — V. 721.  
 desiderant C. — V. 722. hoc B. grato C. — V. 724. supplici-  
 umque C. — V. 728. promedico C. pro, meo pro modo B. — V.  
 731. tibi pro ter C. — V. 734. fixa BC. — V. 735. aetas C. —  
 V. 738. rapina C. — V. 740. dignatur C. —

---

V. 733. de usu vocis usque vid. I, 12.

exemplum Turoni tu sequerere patris.  
 tergora nec certe decimare paratior esses, 745  
 persica quam myrtus fragave ferre salix.  
 ut praestes, rex ipse petit, porro omnis agendas  
 aestuat ad grates curia, vixque voles.  
 ergo mihi pellem donares sero minanti,  
 quam praestare parum rege rogante negas. 750  
 non dare quid, demens, dubitas? praestare rogaris,  
 et pellis domino mox reditura suo est.  
 nec tu praestiteris villano, sive quiriti  
 plebigenae, pellem rex petit ipse tuam.  
 nonne domi fugeres hodie ter nudus ad umbram? 755  
 quis vetat hic Satanas ponere terga semel?  
 non sine pelle potes tantillum vivere? nunquam  
 pro nihilo vidi sic trepidare probum.  
 si saperes, certe tu regem sponte rogasses,  
 quod praestare negas, hoc licuisse dari. 760  
 me miserum! quod iniqua mihi natura negavit  
 obsequio domini congrua terga mei.

---

V. 744. extra pro exemplum C. ironiam hujus sententiae servavi ex interpunctione cod. A., quamquam interrogandi signum magis probari posse videtur. Est anticlimax inter pellicium, dimidiam et decimare v. 745. — V. 745. decorare B. — V. 746. per sicca C. — V. 748. noles B. — V. 755. tibi BC. — V. 756. quid C. — V. 757. nunc B. —

---

V. 744. Turonus pater est S. Martinus, Turonorum apostolus, qui vestem suam cum paupere divisit. — V. 753. quiriti, 763 aegocero; est doctior locutio, quae prodit poetam lectione veterum eruditum et formatum, qualem interpolator ubique se exhibet. Sub quirite plebigena intelligit patriciam liberae civitatis, quae res ad sec. XII spectat.

aegocero fundente nives, incendia cancro,  
non, ut praestarem, sollicitandus eram.

non praestare mihi plus quam praebere liberet, 765  
sed te nulla tuae laudis opella trahit.“

Hic sperans patuisse sibi Isengrimus asylum  
non profecturâ callidus arte refert:

„decipis incautum, vulpecula perfida, regem,  
certius antidotum sum meditatus ego: 770

Francigenae est longe potior membrana senisque  
quam juvenis corium teutonicique lupi;

me fore Teutonicum nostis, juvenemque probastis,  
sed non et medicam vim mea pellis habet.

rex suspendat opus, pergam subitoque revertar, 775  
francigenam regi quaerere vado senem.“

callidus archiater, quid possit dicere contra  
non dubitans, monacho leniter infit item:

„patruë, quid, si pelle tuâ minor illius esset?  
regis opus quoniam est omnia membra tegi, 780

nec senis aut juvenis praeter tua novimus usquam  
tergora, quae regem totum operire queant.“

replicat haec abbas: „vanus timor iste videtur,  
si regis curam, quam profiteris habes.

si brevior justo fuerit quam legero pellem, 785

---

V. 763. eglocero B. — V. 766. trahet C. — V. 767. hinc B. tibi Isengrine C. asellum B. — V. 769. in tantum C. — V. 780. quando BC. — V. 781. nolumus B. — V. 783. abbas, *malim* senior. — V. 785. juste fueris C. —

---

V. 771. *Francigena senex est Odo rex Neustriae et Aquitaniae, cui Arnulfus hanc regni partem concessit, qui quæ altero post hoc placitum anno mortuus est, 898.*



adde tuam, fieri pileus inde potest.  
 sufficient binae. si vis captare tyrannos,  
 fidere non debes calliditate diu.  
 [non procul a vivo debes urgere favorem,  
 effectum probitas improbitate capit.  
 gratia primatum brevis est, nisi semper ematur,  
 ne meritum perdas, usque merere sequax.  
 maxima vilescunt avidis, majora parandi,  
 omne bonum impendit pro meliore bonus.  
 perdere nil metuat nisi regem regis amicus,  
 me penes agrestes sufficit esse lupos.]  
 „patruë,“ respondit Reinardus, „idonea suades  
 ista, sed unicolor potio tegmen avet.  
 non igitur curanda putes discrimina fandi,  
 proderit hinc galli mentio nulla lupi.  
 tam nos sarmaticum quam commendamus iberum,  
 unde sit, haud refert, sit lupo, ipse valet.  
 fidus in hoc certe es, senior plus proforet aegro,  
 dico lupum juvenem, dico valere senem.  
 [quemlibet esse bonum stat testibus, ore duorum  
 laudatur senior, quattuor ore tener.  
 nescio, praestet uter juvenis seniorne medelae,

---

V. 790. officium B. — V. 791. tempore pro semper B. — V.  
 793. paranti B. — V. 794. impedit B. — V. 795. non pro nil  
 C. — V. 803. aegro deest B. scriptum erat ergo, quod libra-  
 rius erasit. — V. 803. licet C. bonum deest C. — V. 807. se-  
 niorve BC. —

---

V. 789—96. de sententiosis additamentis saepius jam dic-  
 tum est. I, 403. — V. 805, 6. cum testimonio cadunt. — V.  
 807—810. repetitione suspecti sunt.



dum, quis sit potior, iudice pelle probem.  
 ergo senem juvenemque simul vellemus adesse,  
 praestaret regi tegmen uterque suum.] 810  
 proposuit juvenem fortuna, senemque negavit,  
 parcimus absentem praeripimusque datum.  
 [venandi indociles partis infigimus unguem,  
 una avis in laqueo plus valet octo vagis.  
 nullorsum ergo abies, si digrederere, reverti 815  
 undecies nono non paterere die.]  
 si prorsus juvenem prodesse negaveris aegro,  
 esto senex potius quam potiare fugâ.  
 [te vetulum fingi malim quam pergere quoquam,  
 ante ego te novi tuque valere senem. 820  
 vis ergo juvenis, vis canus, es utpote pelvis,  
 quidquid habes aevi, te valuisse liquet.]  
 nunc age, da tunicam, ne rusticus esse feraris,  
 fingeris, ut valeas, te quoque teste, senex.  
 si te nec formido potest nec gratia regis 825  
 flectere, da saltem motus amore meo.  
 [nunc te gratanter, nisi desipis, arbitror esse  
 facturum, quidquid te facere hortor ego,  
 praesertim, ut te semper amem cum noveris, utque  
 nunc quoque me sanum consulere usque tibi.] 830

---

V. 808. quid B. — V. 812. protinus *pro* parcimus C. — V. 819. perdere B. — V. 829. cognoveris C. —

---

V. 815—16. eodem vitio laborant, 819—22. explicationem continuant, et 827—30 argumento plane sunt destituti. Videmus hisce exemplis, quam misere antiquus textus perpetuâ interpolatione dilaceratus sit.

Surdior ille piro glandes producere jussa  
 effluere in ventos mitia verba sinit.  
 tunc primum effremuit medicus, patruisque tenacis  
 duritiam increpitans probra favoris agit:  
 „proh! dubitas et adhuc? et quando velle valebis? 835  
 nunc certe nimium (a) te scio parva peti.  
 ergo pelle tuâ regem vestire recusas?  
 cui procerum tantus non placuisset honor?  
 villano temere piperatus pavo paratur,  
 sponte tibi occurrit gloria tuque fugis? 840  
 [patruë, si fieret pellis mihi causa petendae,  
 ut tua nunc regi, sic mihi praesto foret.  
 magna mihi de te fiducia suppetit, a quo  
 impetrare nequit terga lupina. leo.]  
 audio, quod verum est, paterae pix cassa madenti 845  
 clava velut stulto pellis amata tibi est.

---

V. 831. pio grandes C. — V. 833. nunc C. — V. 836. in  
 hoc versu praepos. a, quam uncinis inclusi, restituenda videtur,  
 et pro nimium, quod adverbialiter positum est, ipsum adver-  
 bium nimis reducere possumus. sensus est: nun bin ich fest  
 überzeugt, dass man noch zu wenig von dir verlangt. — V.  
 839. pipatus parvo C. — V. 845. venturum est B. —

---

V. 841—44. interpolatoris esse censeo, reptita sunt e. v.  
 825, 26. 615, 16. vel adeo versus, qui proxime praecedunt, sus-  
 pecti sunt cf. 550—60. et piperati pavones apud Gallos sec.  
 XII in deliciis habebantur. — V. 846. clava legerim sclava e  
 lib. I, 48. sclava pellis dicitur in irrisionem et despectum lupi,  
 ob matrem ejus Slavonicam, vernacule slavonisches Fell, Pelz,  
 statimque additur eâdem ironiâ, vulpem et lupum unâ stirpe  
 esse oriundos, quod re vera ita se habuit. cf. adnot. ad lib.  
 I, 1. Maxima quidem discrepantia intercessit, quod Reinardi  
 mater femina nobilissima et uxor legitima fuit. Haec inter-  
 pretatio mihi magis arridet, quam si clavam pellem a clavo

quis cuiquam credat? sumus unâ stirpe creati,  
 nec tibi me sentis consuluisse probe.  
 non captantis heros delato paupere ritum,  
 immo tui curam fidus honoris ago. 850  
 nam sine pelle tuâ poterit rex vivere forsan,  
 tu, nisi praestiteris, manzer avarus eris.  
 a modo res, ut oportet, eat, sino; feceris illud,  
 feceris hoc, sine me sat facienda sapis.  
 [rex, claret probitatis adhuc tibi secta lupinae? 855  
 tredecies dixi, nil dabit ille tibi,  
 nec mihi credebas, donec tibi prodidit ipse,  
 credis adhuc saltem me tibi verâ loqui?  
 aspice, quo jactes, non hic tibi sentio cessit,  
 diligit et regno plus sua terga tuo. 860  
 emorerere quidem citius quam vile tibi illud  
 exueret saltem, quo sua terga tegit.  
 non super externo moveor, carissime regum,

---

V. 851. vix pro rex C. — V. 852. manser B. — V. 853.  
 sive C. — V. 854. fac pro sat B. —

---

*et purpura deducis, vestemque senatoriam habes. Nam purpurea pellis neque in universum, nec de lupō, neque de Zwentiboldo dici potest, qui non purpuram sive regnum deponere, sed nonnulla tantum feuda reddere iussus est. — V. 855—68. hanc allocutionem inseruit interpolator, ut lectorem ad edictum regis quasi praepararet. Sed oblitus est aegroti regis patientiam explicare, et saepius hac in re peccavit, quod morbum regis non ea, qua poëta, debuit, attentione respexit. Secta lupina v. 855, jam supra memorata est v. 175. Auctori Isengrimus una tantum persona fuit, interpolator rapacitatem tanquam vitium perstrinxit, quo plarimi suo tempore laborabant. cf. III, 1530, quo loco interpolato secta legitur eadem significatione.*



confundor patrum rusticitate mei;  
 praesertim summi cum me sciat ipse magistri 865  
 inter pellifices obtinuisse locum;  
 nec dubitet, nostrâ regaliter arte novatum,  
 se prius huc quinto posse redire die.¶]  
 Frivola longa suae medico complente loquelae  
 rex breviter solvit talibus ora modis: 870  
 [„qua, Reinarde, licet studet Isengrimus honesto  
 moeniaque intravit nostra cliente carens,]  
 detrahere exuvias ipsum sibi dedecet, ecce  
 detrahat has aliquis, non negat ipse mihi.  
 tu, Bruno, alterutrum facies, vel detrahe nostro 875  
 abbati tunicam, vel mihi trade tuam.“  
 Clamat ad haec vervex: „utrum eligis, urse, seorsum  
 provisurus utrum sit tibi pluris, abi!“  
 reddidit haec Bruno: „Joseph collega, quid horum  
 praetulerim, memet consule nosco satis. 880  
 laetior exuerem regi mea terga daturus,  
 esset enim utilius commodiusque mihi,  
 sed ne forte meo ferar invidisse sodali,

---

V. 865. magister C. — V. 868. sed B. hinc C. — V. 874.  
 alius — tria pro mihi C. — V. 877. hoc B. — V. 878. adi B.  
 — V. 880. praetulerit B. —

---

*V. 871, 72 inserti sunt versus, ut leo vulpi aliquid respon-*  
*deat, sed structura sententiae male me habet, sive construis*  
*qua licet, studet etc., qui sensus commendari posse videtur,*  
*cum indicativi sequantur, sive intelligis qua ipsum dedecet*  
*sibi etc., ubi licet etc. per parenthesin dicta sunt, tanquam ex-*  
*cusatio haesitantis lupi. Quem sensum priori praefero, quam-*  
*quam hunc usum particulae licet, ubi nam, enim, scilicet, sig-*  
*nificat, nullo modo approbare possim.*



nolo malâ externam subripere arte vicem.  
 impleat ergo suum, cui sors est prospera, munus, 885  
 et regem trabeâ vestiât ille suâ.“  
 Non haec dicta lupus laudi putat esse jocove,  
 nec risu studium dissimulantis agit.  
 sed nec consilium Bruno vocemque rogandam,  
 quid de propositis eligat, esse putat. 890  
 prosiliens ergo, quasi fulgetra mota, ruebat,  
 praecipitis vulpes volvitur ante pedes:  
 „o patruî miserere mei, Bruno inclyte!“ dixit,  
 „nescierat regem pellis egere suae.  
 huc ideopellem non attulit ipse nisi unam, 895  
 unius est heres datque libenter eam,  
 incolumes ungues dumtaxat habere sinatur,  
 cetera praestantis pace meâque feras.  
 non nimis urgeri debet, qui commodat ultro,  
 creber in os largae ne speculeris equae.“ 900  
 Arguit iratus poscentem talia Joseph:  
 „ha, Reinarde, tui nunc patueré doli;

---

V. 887. jocose C. — A post esse virgulam ponit, et jocove ad v. sequentem trahit, quod recipere non potui. — V. 891. fulgura B. — V. 892. Bruno pro vulpes C. — V. 897. habere deest C. — V. 900. hoc pro os C. —

---

V. 891. ab hoc v. usque ad v. 948 plura interpolatoris scriptionem irrepsisse arguunt, quippe qui tempus, quod inter jussum regis et lupi supplicium elaboretur, ludicro aliquo commento expleret. Namque mihi nec sententiarum flores probantur v. 899. 907. 917. nec exquisitas voces dogma 916, consul 951 laudaverim, cum in rem non quadrent, nec mendacium admittere possum 952, cum rex, neque vero concio publica, lupum decoriari jusserit.

idcirco patuli satiabitur alveus orci,  
 implebuntque malos corpora multa lacus.  
 tu quoque nimirum quanto livore gravaris, 905  
 quod patruus potior te foret atque prior.  
 majorum et parium successibus usque secundis  
 carpitur ac languet callidus atque potens.  
 plus quamvis doleas, prior est fore dignus, eritque;  
 Reinardus pravâ calliditate viget. 910  
 ut favet, hortatur, non ut sapit, invidet ergo,  
 abba bone, auspiciis emoriturque tuis.  
 qui meritum minuit, laudem rarescere cogit,  
 semari tunicam perfidus ille rogat.  
 Isengrime, fave tibimet, tuus aestimor hostis, 915  
 sed tibi dogma meum non ut ab hoste datur.  
 serviat ad plenum, qui serviet, integra reddât  
 obsequia, aut certe prorsus habeto sibi.  
 suadeo sicut amo, si quaeritur integra facto  
 gratia, servitium dimidiare cave. 920  
 unguibus amissis quid prodest cetera pellis?  
 fervida per portas quattuor aura subit,  
 et sub quadriforâ rex sudans pelle liquescit,  
 sic tibi, sic regi physicus iste sapit.  
 da, domine Isengrime, tuos radicitus ungues, 925  
 da corium et carnem, nil retinere velis.  
 praemoneo minimum ne perdant tergora villum,  
 nam si perdiderint, irrita prorsus erunt.“  
 dixerat haec Joseph, laudabat curia dictum,

---

V. 905. sanabitur C. — V. 915. favet C. — V. 917. sibimet  
 C. *pro* serviet. —

nec fore sic, quisquam, qui reticeret, erat. 930  
 Tunc gemebundus ait specifer: „Bruno, optime consul,  
 publica quandoquidem concio censet, adi!  
 at peto pauca, locus fuerit, concede, merebor,  
 amplius invento ne rapuisse feras.  
 non plus ille quidem quam repperit abstulit usquam, 935  
 fas habita est, habitis tollere plura nefas.“  
 annuit oranti miseratus, itemque volabat  
 pontifici vetulo demere terga parans.  
 Berfridus tumido sic clamans obstilit ore:  
 „Bruno, miser Bruno, siste parumper adhuc! 940  
 testificor sanctum, quem saepe requiro Botulphum,  
 pro vacuâ pulicem non ego pelle darem.  
 detrahe plus toto, nisi plus quam tota trahantur  
 tergora, lumbrico deteriora facis.  
 postulat archiater stulte, meritoque negantur 945  
 munera, quae violant jus, superantque modum.“  
 ursus ad haec paucis, (et non revocabilis ibat:)  
 „quod tribui, tribui, quodque paciscor, ago.  
 tu vero latiam nescis, domine abba, loquelam,

---

V. 941. Bocolphum C. — V. 947. hoc B. — V. 949. latinam B. —

---

V. 941. Botulfus fuit Anglosaxo, qui sec. VII medio claudit, cujusque reliquiae sec. IX translatae sunt, ut inde populis inferioris Germaniae Danisque innotesceret, qui ejus notitiam a monachis Anglosaxonibus acceperant. Verum auctori hic sanctas obscurus est, et plebejus, quemadmodum alii ejusdem farinae supra I, 113, adpellantur, eumque memorat in irrisionem monachorum Anglosaxonum, quibus insensus fuit (v. 661. I, 50. 599. IV, 661. 671.), quorumque ignotos et peregrinos sanctos aequè reprobavit.

tergora ne fiant deteriora, juvo. 950  
 tu submitte caput, tu membra extende, docebo,  
 quî tunicam franco ponere more queas.“  
 desuper ergo ac subtus et hinc atque inde relectum  
 grandaevi juvenis restrofat ursus ephot, 955  
 [unde altum medias discriminat occiput aures,  
 postremas calces mensus ad usque metit.  
 horrida non alio falx pervolat impete foenum,  
 non alio candens unguina crassa chalybs.  
 anteriora tamen restant suralia, nec non  
 aure tenus tegmen frontis ab aure patens; 960  
 porro super nasum caudale ut tortilis ibat  
 nervus, ab exortu frontis ad usque labrum.  
 unguibus incussis citra nimis ursus utrimque  
 liquerat haec, nimiâ mobilitate volans;]  
 clamavitque alacer: „comites, haec *lectio lecta* est, 965  
 nunc melius, cui non complacet ista, legat.  
 sed sic teutonicae membrana est nescia linguae,  
 tanquam pictavi corpore raptâ lupi.  
 [Carcophas, quid ais? videor legisse venuste?

---

V. 952. quo B. — V. 953. relictum BC. — V. 954. ophot C. — V. 958. inguine C. cassa B. — V. 962. extortu BC. — V. 963. ut timet *pro* utrimque C. —

---

V. 955—64. *adprobarem hos versus ut genuinos, si lupus revera decoratus esset. Auctori in mentem non venit, talia lectoribus exponere, sed interpolator fabulam magis ad naturam animalium deformavit cf. I, 273 not. praeterea hisce versibus consecutio sensûs interrupta est. Auctor uno disticho 953, 54 omnem rem comprehendit, si statim sequitur v. 965, sensus optime cohaeret. — V. 969—74. referuntur haec ad testimonium v. 617, de quo supra verba fecimus. Interpolator*



at tu dic, vervex, et cāper!“ ambo tacent. 970  
reddidit haec asinus: „perēam, nisi legeris apte,  
hactenus et placide sustinet ille legi.  
legeris ulterius, jam sentiet; ecce pusillum,  
quod modo legisti, senserat ipse fere.“  
tunc iratus aper sic frenduit ore minaci: 975  
„Isengrime, nihil convenienter agis,  
quam sit Bruno diu fanaticus, aut ubi, miror,  
scit juvenem papam detunicare probe.  
tam bene si casulam posuisset cappifer albus,  
tam tria mox surgens mala vorasset Abel. 980  
huic tamen officio grates, ut honoris inani  
ac fructûs, animum nescio, voce siles.  
insipiens dici poteras, nisi norma vetaret,  
cautius at posthac utiliusque geras.  
dic super impenso famulatu gratus honorem, 985  
dedecet acceptis abnuere usque vicem.  
et ne despicias accire diacona talem,  
quocunque eligeris presbyter esse loco.“

---

V. 978. decimare B. — V. 979. scit B. abbas C. — V. 980. tertia C. — V. 985. vocaret C. — V. 984. ac C. — V. 985. famulatum C. gratis B. — V. 986. annuere C. —

---

*hanc rem tetigit forte inductus versu 965. — V. 975—1018. haec genuina habere nullo modo possum, tum quod omnia ut a monacho geruntur, qua in re interpolator saepissime erravit (cf. v. 706 not.), tum quod haec amplificatio originem habet e versibus 955—64, quos suo loco ut recentiores notavi. Accedit gratiarum actio 985, poena triduanii jejunii 1017, graeca declinatio 987, utpote doctior, qua poetae utebantur, vocabulum usque 986 (cf. I, 12), et locus singularis 1004, qui e secta lupina intelligitur, quam supra explicavi ad v. 855.*

laniger objecit: „potius mihi, Bruno, videtur  
 officio grates non meruisse sup. 990  
 nil coepisse minus quam coepta refringere laedit,  
 officium grates integritate trahit.  
 detrahe, Bruno, mitram, si non detraxeris illi,  
 glabrio dicitur: detrahe, Bruno, mitram!  
 parcius abreptâ grator, quam parte relictâ 995  
 anxior, et grates Bruno sibi optat agi.  
 quod canis ambesâ fertur meruisse placentâ,  
 hoc meruit Bruno, nec meliora ferat.  
 balnea laudarem, si rasa corona fuisset,  
 nunc monachus credi protinus esse nequit. 1000  
 rex ubi pontificem fieri deliberat illum?  
 ampla ad utrasque aures infula tendit adhuc.  
 hactenus est abbas, statuatur denique praesul,  
 unde lupis tanta est gloria tamque frequens?  
 sic ego reverâ nec sum robustior urso, 1005  
 obsequii grates non meriturus eram.  
 expilarem oculos et demolirer ego aures,  
 sin aliter nollet rapta tiara sequi.  
 curandum paucis praeter mihi credo tibi que  
 o caper, expertem luminis ire lupum. 1010  
 si duo nos illi lumen pateremur abesse,  
 auribus avulsis nulla querela foret;  
 scilicet abstracto penetralia libera peplo  
 auditum traherent liberiore viâ.“

V. 996. igitur *pro* sibi C. — V. 997. exesâ B. — V. 1007.  
 aures ego et demolirer B. — V. 1008. capta C. — V. 1011. lu-  
 mine B. — V. 1012. amissis C. — V. 1013. formam pen. pep.  
 B. —

dixerat haec vervex; eadem Berfridus et illi 1015  
dicere se jurat proposuisse diu,  
et poenam triduana jubet jejunia culpaе,  
saepius inculcans, post caveatur idem.  
Jam lupus abstracto fundebat tergoze rivum  
sanguinis, ut denso defluit imbre latex, 1020  
rubrior et stillâ fluvii currentis ab alto  
agnini juguli vulnere totus erat.  
clamat ovans medicus: „per totum venimus istuc  
delecti regnum jus agere atque loqui;  
et quia lactificare caper, vel mingere ceram 1025  
Carcophas didicit, concio nostra dolet.  
degrassetur enim cum tanta injuria regem,  
vos aliud miror depuduisse queri.  
non de trans Tanaim plus fulgurat edita sindo,

---

V. 1015. hoc B. — V. 1016. jurant BC. — V. 1021. est B.  
— V. 1022. erat deest B. — V. 1024. delicti B. vis ag. C. —  
V. 1029. loco hujus versiculi lacuna est in B. Sola praepos. de  
turbat sensum, sed in AC. reperitur sine variantē. Locutio  
propior est gallicae formae d'outre, quam latinae aut germa-  
nicae, tamen Batavi eadem locutione utuntur.

---

V. 1019—1180. hanc continuationem interpolator inseruit  
tanquam novam et integram fabulam. Omnes codd. versui  
1019 signum ¶ praeponunt, quo nova oratio plerumque incipit.  
De voce jam, quae narrationem inchoat, vid. adnotatt. ad 1,  
1071. Argumentum fabulae est lupi excusatio, qui veniam  
regis implorat et abit. Quam rem facile dyadices ex iis, quae  
disputavi ad v. 855. 891. 67. 955. — V. 1025, 26. talia coram  
rege dici vix in poëta excusatur. — V. 1029. Tanais, sindo,  
1030 annosum ebur, 1039 institor tyrius, 1055 murex tyrius,  
haec cuncta simplicitati veteris poëtae contraria sunt. cf. 755  
not.



nec situs annosum tam rubefecit ebur, 1030  
 quam poderis bis tincta rubet, de qua iste superbit,  
 ante quidem, non nunc, patruus ipse mihi.  
 quis consanguineus miser audeat esse potentis?  
 dispariter funem dives inopsque trahunt.  
 donec visus erat pauper, velamine vili 1035  
 obsitus, hunc poterat non puduisse mei;  
 nunc fortasse pudet, postquam detecta vetatur  
 purpura sub corio delituisse lupi.  
 institor hanc tyrio jam nunc extraxit ahenò,  
 stillat adhuc croceo tinctio rore recens. 1040  
 vos agite, o proceres, per vestrum et regis honorem,  
 cernite fulmineae vestis herile jubar!  
 o quam pauperibus dives splendere videtur!  
 sed quid opes prosunt, cum sit avarus habens?  
 divite commendor patruo, confundor avaro, 1045  
 prosperitas simplex est ubi teter olor.  
 dives avaritiâ est melior vix paupere largo,  
 solvis egestatis, patruè, probra meae;  
 te mea non adeo laedit penuria, quantum  
 constat avaritiæ me puduisse tuæ. 1050  
 visere quis cupiens regalem providus aulam  
 tegmina gestasset deteriora foris?  
 tu super inducens pellis tegumenta lupinae

V. 1037. nec C. — V. 1039. justior B. syrio C. — V. 1040.  
 crocco C. — V. 1041. per unum C. — V. 1043. splendore C.  
 — V. 1044. herus C. — V. 1046. nisi B. —

V. 1034. hoc proverbium laudatur I, 397. II, 595. — V.  
 1042. de significatione vocis herilis vide III, 1476 not. occurrit  
 quoque infra v. 1091. IV, 674. III, 1008.



caesaris ad nudum cultus ad instar eras,  
 quem decuit tali tyrius sub tegmine murex, 1055  
 clara sub hirsutâ purpura pelli lupi.  
 sed teneo pellem, cur non donaveris ultro,  
 texta verebaris ditia posse peti.  
 sordidus idcirco venisti pelle lupinâ,  
 ornatum celebrem dissimulare volens. 1060  
 vix precibus longis extorsimus, improbe, tandem,  
 ostendi cultus ut paterere tuos.  
 purpura si saltem gestata forinsecus, atque  
 interius pellis, culpa ferenda fuit.  
 curia si mecum sentit, rectumque tuetur, 1065  
 rege super laeso iudicat atque dolet:  
 contemptus regis pensandus honore coaequo est,  
 excessus queritur regia causa, duos:  
 potio suspensa est monacho retinente cucullam,  
 induvias turpes horruit aula videns. 1070  
 praesumptum temere est, nec inemendata manebit,  
 aut non praeteriet sospite culpa reo.  
 Has medici voces confirmat curia clamans:  
 „emendare reum vel luere ausa decet;  
 tam reus hic quater est abbas et episcopus idem, 1075  
 quam lupus esse solet laicus atque rudis,  
 poena coaequa nefas aut emendatio penset!  
 clamabant proceres, et grave murmur erat;  
 denique sedati, postquam tacuere peracto  
 barones strepitu, physicus inquit item: : 1080

V. 1055. quam AC. docuit C. — V. 1059. sordibus B. —  
 V. 1062. ostendisti B. — V. 1074. aula C. — V. 1080. idem BC.

„patruē, non audis procerum decreta? quid abstas?  
protinus emenda, si tibi cura tui est.

stulte, quid emendes, ignoras?“ (namque rogabat.)

„nonne, quod amissum est, diximus ante satis?  
regis ad offensam gestatum intrinsecus ostrum, 1085  
palliaque oranti praestita sero nimis.“

Irato similis multum, nec adesse volenti

stabat adhuc abbas, nec temere acta querens.  
turbidus archiater fremuit: „quid, patruē, versas?

me, nisi ter jurem, dicere vana putas. 1090  
patruē, per pennam sancti Gabrielis herilem,

quam septenā boum vix juga ferre valent,  
ni subito emendes, tunicam post pallia tollo,  
si vis, imperium transgrediare meum.“

jamque emendatum, fata et nocuisse recordans 1095  
et nocitura timens, coeperat ire senex,

admonet hircus eum: „sic tu, monache improbe, coram  
rege putas magno principibusque loqui?

hoc quod in usque tuum pendet nasale labellum  
detrahe, ne balbo semiloquare sono. 1100

labra tibi nasale vetat ne libera claudas,  
judice sub cauto retia mille latent.

incolumes causas exilis scrupus iniquat,  
detrahe, subpositâ ne capiare plagâ.“

V. 1086. ornati C. — V. 1090. *magis placet mihi signum  
interrogandi, sed secutus sum cod. A.* — V. 1099. libellum C.  
— V. 1103. semper pro scrupus C. —

V. 1091. *cf. super hac satira in vulgi opiniones I, 1131  
sqq.* — V. 1102. *eadem fere dicit I, 1547.*

laniger exclamat contra: „Berfride, quid erras? 1105  
 desipit, indocilem qui sapere alta docet.  
 sit licet exiguum nasale, putasne quod ipsum  
 tam vilescat ei, quam mea lana mihi?  
 tam fuit ille diu retinendae pellis avarus,  
 assibus hoc ternis non pateretur emi.“ 1110  
 Emendantis agens ritum lupus utraque tendit  
 brachia regalem cernuus ante thorum,  
 obnixusque caput placantia supplice gestu  
 emendatoris dicere verba parat.  
 cautus ut archiater videt emendare paratum, 1115  
 corripiens duris vocibus acre furit:  
 „sic sic, o Satana, sic, patruae, patruae demens,  
 curre procul Satana, patruae, curre procul!  
 egregie est factum, sic te facere obsecro semper,  
 emendas lepide, jam tua facta probo. 1120  
 quod si te velaret adhuc chlamys hispida, numquid  
 horroris tanti versus ad ausa fores?  
 emendaturum rebar, regemque duello  
 impetis, est peior culpa priore sequens.  
 purpura cor pretiosa tibi mutavit et artus, 1125  
 provideat peltam rex citus atque pedum,  
 Isengrimus avertet solio depellere regem,  
 impetit o dignus regia colla pugil.  
 in regem, o proceres, hoc dedecus isse sinetur?  
 heu mihi, quos fastus ostrifer iste gerit! 1130

V. 1106. decipit B. — V. 1110. haec B. his C. — V. 1112. chorum C. *emendaverim* thronum *ut supra* v. 270., *quod lectus genialis non erat* cf. v. 1127. — V. 1113. placentia B. — V. 1117. sathane AC. — V. 1120. lapide C. — V. 1129. esse BC. — ol

dignus erat furcâ, tamên emendabile crimen

baronum meritis extitit, atque meis.

nuncque duellarem, cherotheca et pileus arrham

proponunt, proceres, probra quis ista ferat?

haecine signa putas iram compescere, demens? 1135

his potius signis saevior ira subit.

quis tibi persuasit Satanas prodire, priusquam

consule me nosses, quae facienda forent?

consule me haec stulti praesumptûs pignora certe

debueras longe deseruisse foris; 1140

tunc tibi rex forsâ precibus mansuescere posset,

qui vix nunc aliquo conciliante potest.

dic mihi, rex, quidnam super hoc jussurus es ausu?

ingenium magnae nobilitatis habes.

parce precor stolido, patruus mihi dicitur esse, 1145

et licet invitus serviit ipse tibi.

regis more gerens rex haec tibi, patruë, dicit;

rex etenim jussit me sua verba loqui.

debitor ignoscentis eget, sibi consulit insons,

nec veniæ nisi sit criminis auctor erit. 1150

fortior est feriente ferens, nec secula pulcrum

V. 1133. huncque B. ciroteca A. cyrotheca B. *quod emendavi ob metrum.* — V. 1139. hoc B. pignera A. numera (munera?) C. — V. 1142. consiliante EC. — V. 1151. scelera C. —

V. 1147. haec non continentur cum praecedentibus et poeta hoc Reinardi mendacium sine ulla praeparatione inducit; hactenus saltem verisimilitudinem exhibuit, ideoque, licet hoc loco nullam varietatem habeant mss., tamen integrum distichon vel plura excidisse crediderim. — V. 1149—52. sententiae interpolationem saepissime produunt, adde longiores illos sermones maximam partem in locis interpolatis haberi.



tam fecisse deo quam scelerata pati. 1152  
 ergo metu cessa, perge, Isengrime, redique,  
 Reinardo culpam dono rogante tuam. 1153  
 tam quia me aegrotum cestu grassaris iniquo, 1155  
 quam mihi quod fuerit praestita sero chlamys.  
 nec, quia non poscas veniam, inficiorve mororve,  
 gratia non gratis, quando rogatur, adest:  
 parco, licet nolis, ingrato parcere grator,  
 cum redies sensu, gratia pluris erit. 1160  
 sive igitur tardas, seu vis properare, cavebo,  
 ne quidquam hic fieri triste querare tibi.  
 si vis ferre moram, postquam sudabo, resumtis  
 protinus exuviis regrediere domum,  
 si properas, quacumque die remeaveris istuc,  
 praestita servabo restituenda tibi. 1165  
 Regia finierat medicus mandata, suumque  
 ad patrum pro se talia versus ait:  
 „patruae, me rursum tibi subvenisse negato,  
 regia quem propter desit ira, patet. 1170  
 replicat ille nihil, nec tam sibi praestita gaudet  
 tergora servari, quam tribuisse dolet;  
 quin tardare recusat ibi, foribusque nefandis  
 appropians iterum cogitat inde gradi.  
 cervus, aper, vulpes, vervex, caper, ursus, asellus, 1175

V. 1152. seculata B. — V. 1153. negante C. — V. 1159.  
 perdere C. — V. 1161. sive *deest* C. — V. 1175. reclusus (re-  
 clusis?) B. —

V. 1171. 84 *antithesis interpolatori sueta figura est, quam  
 saepius cum particip. praes. construit, cf. 581. 478. I, 66. —*  
 V. 1175. *asyndeton praecipue in locis suspectis reperitur, doc-*

quisque suâ profugum voce valere jubent:  
 „Eja nunc commendatus, nunc dulcis amice,  
 nunc commendatus, dulcis amice deo!“  
 respondit nihil ille, salutantesque relinquens,  
 hospitium tanquam non placuisset, abit.] 1180  
 Rex Rufanus ubi sumtis sudaverat herbis,  
 tegmine sub calido pristina pausa redit.  
 [poscitur et capitur cibus, alternantque repente  
 hinc natura valens, inde medela potens.]  
 mox animi compos rerum narramine dulci 1185  
 tempora Reinardum tollere longa rogat:  
 ut lupus exierit claustrum aut intrarit, et hospes  
 ut fuerit capreae, transieritque redux,  
 factaque mutua, verba data atque relata vicissim,  
 aut cur aetatem dissimularit ibi; 1190  
 addit et ut gallus Reinardum luserit ipsum,  
 rex subridendo scire quoque illud avens.  
 difficilis Reinardus erat, nam multa loquentem  
 sermo fatigarat continuatus eum;  
 sed Brunona rogat sibi saepe relata referre, 1195  
 at Bruno versus fecerat inde novos;  
 quos ubi rex, an vellet eos audire, rogatus  
 mandat, it allatum Gutero, moxque redit,  
 datque urso, dedit ursus apro, legit ille, silebat  
 dulcisonum auscultans curia tota melos. 1200

V. 1181. infamis pro Ruf. C. — V. 1184. patens B.

*tior quippe figura et interpolatori magis propria, quam auctori vid. I, 763, 65. verum nisi alia ratio accedit, e solo asyndeto interpolatio probari nequit. cf. III, 65.*

---

## LIBER TERTIUS.

### ERZÄHLUNG FRÜHERER THATEN.

#### FABULA I.

##### Ysengrinus Wallfahrt.

Orandi studio loca visere sacra solebat  
caprea cum sociis Bertiliana suis,  
incomitata prius, septem post nacta sodales,  
officiis quorum nomina juncta vide:

---

*Lib. III. A lib. IV. — C. literâ majusculâ unciali versum inchoat. B hæc habet: incipit tertius liber, quomodo capra peregre proficiscitur et quomodo Ysengrinus voluit, apud ipsam et suum collegium hospitari et est expulsus, et postea admissus et apposita sunt ei ad comedendum capita luporum, et quomodo asinus intrusit eum in ostium et alii proceres ipsum despexerunt et omnia membra sua attriverunt. — V. 4. cuncta C. —*

---

*V. 2. Caprea fuisse videtur Geisa, nobilis sanctimonialis in monasterio S. Petri Metensi, quae tum temporis, quamquam tenera adhuc aetate, vitae sanctitate claruit. Bertiliana vocatur anagrammate, quasi Petriliana, quo nomine monasterium indicaretur. Cum Zwentibolcus quatuor illis comitibus, quos inter Stephanus et Matfridus erant, feuda adime-*

Rearidus cervus suspectum ductor in agmen, horrida ramosi verticis arma gerit;	5
Berfridus caper et vervecum satrapa Joseph praesidium armatâ fronte tuentur idem.	
Carcophas asinus, portandis molibus aptus, nomen ab officii conditione trahit.	10
dictatum Reinardus agens prohibetque jubetque, ut clavus facilem torquet utroque ratein.	
nimirum sapiens senioque illectus, an artem tempore, an aetatem vicerit arte, latet.	
acitit excubias anser Gerardus, et hostes	15

V. 5. susceptus C. — V. 11. ducatum B. dictatum *pro* dictatorem, *ut infra v. 95 vocatur, sed forma dictatum mihi displicet, forte dictantem emendemus.* cf. I, 1540.

*ret aliisque donaret, sibi reservavit monasterium S. Petri Metense, quod ad illorum ditiones pertinuerat. Itaque mirum non est, hos tum socios tum defensores Bertilianae fuisse. — V. 9, 10. Carcophas dictus est a portando, itaque nomen formatum est a gallico vocabulo charger, quod Hispanis audit c a r g a r, vernacule au f l a d e n. Inde asinus appellatur bulgifer (III, 475) et multas opes portasse dicitur v. 75. At hisce nugis et fucis poëtae equidem diffido; si asinus nomen revera a portando accepit, cur non Cargaras nuncupatur? Namque haec forma radici optime responderet, Carcophas autem ex eadem prigine derivari non potest. Immo nomen hocce mihi compositum videtur a vocibus Cal, mutatâ in Car, quae calvum designat, et Coph, quod caput significat; atque terminatione -as (-phas), quam a vocabulo elephas mutuatus est poëta, ut integro hoc nomine virum quendam calvum et corporis mole conspicuum indicaret. Quae interpretatio extra dubitationem ponitur, si ratione historicâ examinamus, quae auctor l. IV. 369. 443 de Carcophantis genere memoriae prodidit. — V. 15. Gerardus anser. Si ex nomine conjicimus, (et alia vestigia historica vix supersunt,) sub hac persona latuit Gerardus comes, qui Otam Zwentibolci viduam, uxorem duxit.*



nocturnos strepitu terrificante fugat.  
 horarum custos Sprotinus gallus et index  
 tempora tam lucis quam tenebrosa canit,  
 luce viae tempus cantat pausaequae cibique,  
 nocte deo vigiles solvere vota monet. 20  
 hos ubi quove modo comites sortita sit, edam,  
 caprea, res cunctis non fuit acta palam.  
 Sola domo exierat sanctos aditura peregre,  
 visere quos crebro voverat ante diu;  
 [praecipue sancti Gereonis in aede columnam, 25  
 dispariter stantem sontibus atque piis.]  
 compita contigerat densis umbrosa frutectis  
 caprea, cum coeptum dimidiasset iter.  
 per tribulos illic dominae sentesque vaganti

---

V. 19. panesque B. — V. 21. meo B. — V. 28. caprae B.  
 — V. 29. donne C. *in reliquis mss. vel dominae vel domnao  
 legere possumus, praeferam domnae, si usum loquendi illo  
 aeo sequimur, dominae, si linguae leges respicimus.* —

---

V. 17. Sprotinus, forte Otacar comes, ex analogia reli-  
 quorum nominum, cum in Josepho et Berfrido una tantum  
 syllaba genuinis denominationibus fere respondeat. Omnium  
 nominum Joseph barbarum et indeclinabile est, qua re auctor  
 carminis, ut equidem opinor, indicare voluit, hominem, qui  
 sub illa persona lateret, peregrinum nomen habuisse, quod  
 revera in Stephano comite deprehenditur, qui unus reliquorum  
 peregrino nomine appellatus est. — V. 25. Sanctos adire eo  
 tempore idem fuit ac Romam proficisci, ut e v. 35 colligitur.  
 — V. 25, 26. Gereonis columna laudatur I, 1249. atque prae-  
 fertur omnibus sanctis, quorum reliquiae Romae et Hieroso-  
 lymis asservabantur. Quod triplex genus itineris sacri hoc  
 loco etiam tangitur, v. 35. 163. Nam Colonia Agrippina tum  
 temporis maxime claruit gloria sanctorum suorum, ut Romae  
 vix postponi videretur. Sepulcrum Gereonis, quod habebatur,  
 inventum est Coloniae anno 1121.

occurrit vulpes, edit et audit: „ave!“ 30  
 tunc ait: „unde soli? quorsum? cur sola? quid actum?  
 singula consulte sciscitor, ede mihi!“  
 domina refert: „cur ista roges, ignoro, sed audi,  
 forsitan exemplis instituere meis;  
 a laribus digressa meis pausantia Romae 35  
 sanctorum atque aliis pignora viso locis,  
 neve sacrum minuat circumflua pompa laborem,  
 sola vior, turbae non famulantis egens.“  
 Reinardus capream sollers dementer euntem  
 corripuit verbis commonuitque bonis: 40  
 „cara soror, servire deo sanctisque placere  
 non, nisi discurras incomitata, potes?  
 [Job si vera docet, nunquam fit hypocrita felix,  
 perfidius nihil est quam simulata fides.  
 quisque quod est, pateat, paupertas pauperis esto! 45  
 divitias comites divitis esse decet,  
 pauper nescit opes moderari, nescit honorem,  
 subtrahe, confer opes, pauper utroque perit.  
 pauper honore dato tumet, intabescit adempto,  
 aufer opes, exspes, redde, petulcus erit. 50  
 optima sors misero est nunquam feliciter esse,

---

V. 31. tu tibi ait — cui C. — V. 33. donna C. dona B.  
 quod librarius hicce retulit ad ista. — V. 36. visa B. — V. 45.  
 fit nunquam AB. quod metro repugnat. — V. 45. malim quid,  
 quoniam structura sententiae imperativa est. — V. 50. expers  
 B. —

---

V. 43—60. huic exhortationi hic locus non est; praeterea  
 sacros libros laudare, sententiarum molem conferre, antithe-  
 ses quaerere, haec cuncta interpolatoris sunt. vid. II, 1171.  
 1149. not.

directo teritur semita nota gradu.  
 perdere res nescit, quisquis non novit habere,  
 instabiles animos mutat uterque color.  
 at dives, quem plena animi prudentia firmat,  
 perdere tam suffert quam sapienter habet.  
 collegasque domi, collegas diligit extra,  
 aufer honestatem, probra merentur opes.  
 tu quoque vive probe, comitatu fungere pulcro,  
 esto larga domi, largior esto foris;  
 non cassat meritum pomposi gloria coëtus,  
 cor vigeat purâ simplicitate pium.  
 forsitan et latitat carectis hospes in istis,  
 vespere cui nolles incomitata loqui.  
 cervus, ego et vervex, gallus, caper, anser, asellus,  
 sumsimus ejusdem vota gerenda viae.  
 accipe fortunam socios per utramque fideles,  
 viribus insignes consilioque sumus.  
 dicta placent, comitesque vocat Reinardus, et omnes  
 alternum feriunt foedus, euntque simul.  
 Isengrimus eo vafer auscultarat, et ictum  
 foederis audierat cominus inde cubans.  
 hic lupus octo quater lustrorum traxerat orbes,

---

V. 52. gradi B. — V. 58. moventur B. — V. 63. hostis B.  
 — V. 70. alterutrum B. — V. 71. auscultaret B. —

---

V. 73. jam supra aetas lupi indicatur II, 592 (cf. quae adnotavi ad v. 617), auctor eandem rem repetit, ut lectori notitiam historicae personae subministret. Namque hoc loco aetas ad rem nihil facit, immo si locum ex arte poëtica judicamus, ista senectus decrepita tum hyperbole est miserabilis, tum omni verisimilitudine destituitur. Male igitur scholiasta cod. A. v. 73 superscripsit: i. e. 160 annos. Nec interpolator



quâ comites illos caprea nacta die est. 75  
 qui cum vix prae fasce asinum reptare trahentem  
 infertas bulgis intueretur opes,  
 angitur eximiae tactus dulcedine praedae,  
 quid faciat? celeris mens erat, alvus iners.  
 ederat et biberat plus jure et largius usu,  
 ut gravido illisam ventre cavaret humum, 80  
 vertebro costisque super surgentia palmum.  
 ilia prae duro durius utre rigent,  
 sicque urgente cutis stomacho superaverat, ut non  
 tota licet densis esset operta pilis.  
 elicit inde omnes ex toto corpore vires, 85  
 et ter conatur surgere, terque cadit.  
 ingemit, et mortis species sibi mille precatur:  
 „proh dolor! hîc,“ inquit, „mors patienda mihi est?  
 o quale hospitium nunc perdo miserimus exul!  
 ibo, queam, nequeam, qualibet arte ferar. 90  
 subsequar anguino saltem vestigia reptu,  
 more suis volvar, sin comes, hospes ero.“  
 [ergo alvum dorso, dorsumque reciprocet alvo,  
 vim spes, spem generat: vis, opus urget amor.]  
 Dictator latitare sagax in saltibus illis 95  
 noverat, et paucis profore velle lupum.  
 digrediens igitur, Joseph comitante, seorsum  
 frigida suspensi sustulit ora senis,

---

V. 75. praefasse B. — V. 78. sceleris C. scleris B. *in A scriptum erat sceleris, sed s'erasum est.* — V. 83. cunctis C. — V. 84. dentis C. — V. 86. conatus C. — V. 95. ille C.

---

*nec librarii rem intellexerunt.* — V. 93, 94. *interpolatoris explicatio et antithesis.*



et docuit Joseph, quid agat, si venerit hospes,  
 cui nomen lupus est, canus at absque fide.  
 Nox obiter surgit, Sprotino deinde canente  
 hospitium subeunt et sua seque locant.  
 Carcophanta vocat Joseph, domuique tuendae  
 praeficit: „hoc,“ dixit stabis, aselle loco!  
 janitor hîc instar solidi defigere pali,  
 appulit externo nostra carina solo.  
 tutior esse putas, quod non nunc arma minentur?  
 hamus inescatur, qui capit agmen aquae.  
 [oblatus quandoque calix suspectior ense est,  
 scis, quibus ingeniis prodita Troja fuit?  
 saepius extorres provincia blanda fefellit,  
 dum vetuit fallax ante timere quies.]  
 quod si pravus in hoc quis repserit advena septum,  
 hoc verbum cellâ posteriore tene:  
 fac, quaecunque jubebo tibi, contraria jussis.“  
 ille libens jussas substitit ante fores.  
 Seditur ad mensas, asinum furor urget edendi,  
 fertque suam stolidâ rusticitate famem,  
 neglectisque focum foribus petit, inque repositos  
 discursat discos, sparsaque frustra rapit.  
 arguit hunc Joseph: „repete ostia, rustice demens!  
 congruit officiis sollicitudo vigil.

V. 105. tuendo C. — V. 106. appluit B. — V. 107. juven-  
 tur C. — V. 110. perdita BC. — V. 111. tota C. — V. 112.  
 metuit BC. — V. 114. verbis C. — V. 115. jussus C. — V. 120.  
 spersaque B. —

*V. 109—12. cur haec interpolata habeam, rationem vide  
 ad I, 403. IV, 1042.*

[utilitas ingens perit utilitate pusillâ,  
 negligitur vitae cura favore gulae.]  
 janitor insano tantum succurrere ventri 125  
 anxius, ut didicit, serio cassa refert:  
 „quid mihi commendas servanda nisi ostia sodes?  
 fas impune mihi sit tua jussa sequi;  
 mastico non oculis, committo dentibus escam,  
 os vacuat discos, ostia vultus habet.“ 130  
 Ire lupus laxâ paulatim coeperat alvo  
 praecelerans vires sedulitate suas,  
 cumque reluctantem Joseph ferus urget asellum  
 pollicitis, precibus, pulsibus atque minis,  
 perfidus hospes adest; inventis laeta precatur, 135  
 non oris meditans verba, animive loquens.  
 propositum nequam pulcro sermone colorans,  
 obnubit fictâ relligione dolum,  
 nocte soporatos pensans jugulare, lucroque  
 conciliare moram. limen ubi intrat, ait: 140  
 „pax vobis! eremita jubet, benedicite fratres!  
 pax iterum vobis! haec eremita jubet.“  
 primitus horruerant, veluti fit, quando repente  
 auribus aut oculis res inimica subit,

---

V. 127. sedes C. — V. 135. et ventis C. — V. 138. fictam  
 B. — V. 140. consiliare BC. lumen - agit B. — V. 141. here-  
 mitanibus C. omnes heremita scribunt ex more illius temporis,  
 quandoque ob alliterationem haec ratio scribendi in textum  
 recipienda videtur, e. g. v. 147. 185. contra aliis in locis ob  
 eandem alliterationem regula etymologica sequenda est, ut v.  
 181. — V. 142. hoc B. —

mox, simul obstandum est uno non pluribus hoste, 145  
 viribus et numero vis animosa redit.  
 addidit hospes: „ego ad fratres eremita monendos,  
 ut teneant pacem] justitiamque vagor.  
 me, quibus est post terga fides, praesente sit horror?  
 vos super ingressu ne trepidate meo;  
 mansuevit rabies, perstant mihi forma sonusque,  
 exigit hoc vitii debita poena meis.  
 [sum lupus aspectu, mens est mansuetior agno,  
 voce lupum testor, sed probitate nego,  
 ergo est vana soni, vana est acceptio formae,  
 moribus et factis est adhibenda fides.  
 pravius in insontes olim et truculentus habebam,  
 tam bene nunc vivo, quam malus ante fui.  
 nec mihi tam quosquam quam vos invisere dulce est,  
 plus quibus offeci, plus pietatis ago.]  
 huc quoque me vestri traxit fiducia voti,  
 usque, precor; Romam vester ego esse comes.  
 [opto palaestini patriarcham inquirere templi,  
 da mihi votivam, compater hirce, crucem!“  
 namque is praecipuâ figebat fronte loquentem,

V. 145. *malim dativum uni hosti.* — V. 147. *movendos C.*  
 — V. 149. *fit C.* — V. 151. *praestant BC.* — V. 155. *ergo cum C.* — V. 161: *nostri C. lacuna hujus distichi in B., nil nisi verba leguntur: usque precor Romam.* —

V. 153-60. *sunt mihi suspecti ob perpetuam antithesin et repetitionem, nam v. 153-56 nihil continent nisi amplificatio- nem v. 151.* — V. 165-66. *crux votiva et patriarcha solymita- nus ad expeditiones sacras pertinent, quae, sec. XII maximo studio colebantur cf. 889, 908, ubi crucis nulla amplius men- tio est.*



] artis enim sociae non recolebat opem.]  
 Parturiunt antiqua novum peccata ruborem,  
 damnavit primus vota lupina caper.  
 „quemlibet,“ hic inquit, „non custodita fuisse  
 ostia gaudentem crastina furca levet. 170  
 excipitur solus, non novimus omne cor, anser,  
 noluerint alii, forsitan ille velit.  
 qui pubem in vitiis contraxit, canet in isdem,  
 in quibus et canet, convenienter obit.  
 [credidero mansuesse lupum, spirare valentem, 175  
 hic me sive abbas sive eremita voret.  
 ergo sit anachoreta lupus, sit papa, sit abbas,  
 non habeat dentes, aut eat, unde venit.  
 unde fugax abiit, repetat sua claustra, crucemque,  
 nam caret hic coetus praesule, poscat ibi. 180  
 dentato nostras eremita claudimus aedes,  
 nec vulpi aut asino dens mihi carus inest.  
 nullus habens dentes adeo mansueverit unquam,  
 quin hunc sub terrâ, meque velim esse super.] 185

167. *alliteratio pōscit pudorem.* — V. 169. quem licet  
 C. — V. 173. hisdem AC. iisdem B. — V. 180. decus — idem  
 C. — V. 183. mansuescetet B. —

V. 175-80. *hiscē allusionibus abutitur interpolator; cf. II,*  
*169 not. — V. 181-84. versus genuinus esse videtur 185, cu-*  
*jus structura germanismus est; qui proxime praecedunt, mihi*  
*non probantur, nam dentatus eremita v. 181 et 185 occurrit,*  
*falso dicitur claudimus v. 181 cum ostia aperta essent, impru-*  
*denter castigat vulpem et asinum caper v. 182 et inepte, cum*  
*non ipse sed gallus et anser contubernium ob timorem vulpis*  
*desererent, ut infra fab. II narrabitur. Ceterum dentes,*  
*super, quibus hic disputatur, arma sunt.*



nil habet hac eremita domo dentatus agendum. 185

dic, asine, et cur non ostia claudis adhuc?  
quaeris adhuc nobis eremitas addere plures?

absque alio officium scit satis iste suum.  
annuit his anser, neve excipiatur ab illis,  
ostia qui cupiunt clausa fuisse, jubet.  
Isengrimus in hoc sensit sermone duorum.

introitum paucis complacuisse suum;  
jamque alios eadem vel deteriora parasse

formidans, fictae praevenit arte fugae.

„Isengrimus abit, fratres, in pace manete;

non quales,“ inquit, „cernimur esse, sumus.

ingresso ne forte aliquis succenseat, oro,

si jubeor, maneo, si minus, ire libet.

denique, si qua mihi dicta est injuria, dono,

et nobis fieri rite paciscor idem.

discedo. Reinarde, vale! cunctique sodales,

quos ego me miror plus placuisse tibi.“

Aspicit optantem Reinardus abire vetari

et cogi inscissis posse redire pilis.

„patruae, quo,“ dixit, „pergendum est nocte profundâ?

intempesta via est, ostia nulla patent.

stulta piget dixisse caprum, revocabilis esto!

---

V. 187. abdere C. — V. 189. accinuit C. — V. 197. forte B. *quod recepi*; AC *exhibent fratre, at lupus eremitam se professus est, et forte optime quadrat, cum reliqui socii de eji-  
ciendo lupo nondum locuti sint, res itaque Isengrino dubia videri possit. Ac linguae ratio postulat dativum fratri ob ver-  
bum transitivum succenseo; fratre incuria librarii e versu 195 repetitum videtur.* — V. 202. in C. tria ultima verba desunt et insertum est alterum hemistichium v. 204. —

nec mala te propter dicta fuisse putes.  
 nostra putabatur lecta assiluisse quis alter,  
 quem nobis alio carius isse foret; 210  
 at tibi devoto servit chorus iste favore,  
 inque tuos usus optima nostra vacant.“  
 Isengrimus ovans sedit, gratesque rependit.  
 mandabat subitas Bertiliana dapes,  
 atque ait: „o Joseph, nescimus an ederit iste 215  
 frater adhuc hodie, fac properare coquos!“  
 „ha, domina,“ ille refert, „pisces pulmentaue desunt,  
 nec quis in his lucis invenit ova duo.  
 mandere si carnem sit fas, eremita rogetur“ —  
 „o utinam carnem,“ cogitat ille, „dares! 220  
 caprea Reinardum, (veluti vereatur ab ipso  
 quaerere) quae liceat talibus esca, rogat.  
 fur pendere minus, quam vulpes dicere praesul  
 illicitam carnem talibus esse, timet.  
 affectum patruī dictator corde perito 225  
 atque suum retinens taliter inquit herae:  
 „domna, nihil nisi sola fames abdicitur illis,  
 esse docet mundis omnia munda liber.“  
 „dic, pater,“ inquit herae, „est, ut vulpes dicit? in isto  
 ordine vescuntur carnibus? ipse refert.“ 230

---

V. 210. esse B. — V. 217. domina C. — V. 22. quaerere  
*deest* C. — V. 225. vulpem omnes scribunt, sed sensus postulat  
 vulpes, *constructio est*: quam vulpes praesul timet dicere etc.  
 — V. 227. donna — ille C. — V. 228. mundus BC. —

---

V. 225, 24. haec sententia mihi non placet ob contortam  
 orationem et ob repetitum illud talibus esse 224 quod quasi  
 homocoteleuton est versus 222.

has voces scitantis amans eremita, sibi que  
 non dubitans credi, lenia fatus ita est:  
 „vescimur appositis, nil exigo, nilque recuso,  
 dona dei fuerint et tua grata mihi.

[sanctis sancta suis sanctus deus omnia fecit, 235

nil comedit Satanas et malus usque manet.

regula praecipua est, peccato claudere pectus,

sontibus injunctum est, saepe carere cibo.

nil igitur justis praeter peccare vetatur,

maxima libertas suppeditare deo est. 240

tunc domina inquit ovans: „Joseph! carne utitur hospes,

nunc precor apponas optima quaeque potes.“

ille refert, paulum prius acto murmure, quale

quoslibet ad jussus verna rebellis agit:

„nil domina hinc certe praeter capita alba luporum, 245

hic cibus est simplex, simpliciterque sapit.

ne nimium jubeas, gratanter parta ministro,

si mihi suppeterent, et meliora darem.

scit mihi Reinardus, non his potiora vacasse,

omnia Reinardo nota aliisque reor.“ 250

Reinardus subicit: „delirat domna jubendo,

quid velit, ignorat, dat, quibus ipsa caret.

imperet ipsa satis, nos montem insidimus altum,

---

V. 254. ei C. fiunt B. — V. 255. sancta deus C. — V. 251.  
 subiter — dona C. — V. 255. imperat C. —

---

V. 255-40. reperitur hoc loco v: 255 alliterationis genus,  
 quod syllabicum appellare possumus, quo interpolator aliquo-  
 ties usus est I, 625. 1451. III, 387. 397. — V. 838. De particula  
 usque vide I, 12. de reliquis sententiis monere supervacaneum  
 dabo.



salmone Rheni porrigere sive Mosae!  
 ecce lupina tibi capita esse fateris, habesque, 255  
 porrigere confestim, porrigere, nonne valent?  
 quod sapiunt, sapiunt, et nosmet vescimur isdem,  
 haec quoque praesenti competit esca loco.  
 silva lupos, pelagus pisces habet, ergo lupinum  
 tam caput hinc estur quam bene piscis ibi. 260  
 da, quod habes, bone frater, adest eremita modestus,  
 pauperibus pietas sufficit ante deum.  
 It Joseph profertque caput, quod habebat, et alte,  
 ante sui saltans hospitis ora, levat.  
 coeperat intuitu capitis substringere caudam 265  
 cruribus, atque alias malle fuisse lupus.  
 inter saltandum dapifer clamabat: „herilem  
 notitiam quisquis donat, ovanter habet.  
 arripui primum caput hoc, Reinarde, videto,  
 an gustu placeat, convenienter olet. 270  
 sicut olet, sapiat, laudabitur. unde sit, haeres?  
 hoc caput andegavi credo fuisse senis.  
 cis Rhenum melius nullum vacat.“ ista locuto  
 dictator veluti felle citatus ait:  
 „stulte! quod hoc caput est? ede ex majoribus unum!“  
 ille redit velox et referebat idem; [275  
 porro hoc notitiâ viduaverat, atque coronam

---

V. 257. hisdem A. — V. 258. hoc BC. — V. 266. curribus  
 C. — V. 269. capit hic C. — V. 271. sic ut B. sic haberes C.  
 — V. 273. renum, i. e. Rhenum B. Romam AC. non dubitavi,  
 quin illam lectionem praeferrem. — V. 275. captum est C. —  
 quod pro quodnam. —

---

V. 259, 6p. explicatio versuum qui praecedunt.



desuper avulsis finxerat ante comis.  
 „hoc,“ ait, „abbati nuper detraximus anglo,  
 non hoc obtulerim fratris ad ora mei. 280  
 hoc carum nihil est, quo carior hospes habetur,  
 edis herus stramen, plumeaque hospes habet.  
 o caput hoc, Reinarde, vide! quam pingue teresque!  
 quam sint personae congrua quaeque suae!  
 huic paribus gravi capitones cithui nutant, 285  
 atrebas in claustro talia sanctus alit.  
 laetius hoc eremita aliis admittere debet,  
 non de dissimili religione fuit.“  
 jussor acutus ad haec: „sub pravo parca ministro  
 mensa juvat paucos, et perit hora dapum. 290  
 nec caput hoc laudo, melioribus alter abundat  
 angulus, ad laevam digrederere parum;  
 grande illic caput abdideram, cui fuste colurno  
 panditur os, esu praevalet illud, abi!“  
 „quis caput,“ ille refert, „unum in tot mille requirat? 295  
 quod prius, ignoro, posteriusve legam.  
 visne quod ablinxit, cum vellere crederet herbam  
 Gerardus coram quattuor anser heri?  
 dacus in hoc denso pausabat gramine praesul,

---

V. 285. hi. C. mutant B. — V. 286. Actrebas B. — V. 287. hic heremitas C. — V. 295. ille C. illi B. — V. 295. omnes legunt inter, quod metro repugnat. — V. 299. datus C. —

---

V. 286. claustrium sancti atrebatis est monasterium S. Vedasti, quod Atrebatum floruit. Baldewinus Calvus, comes Flandrorum, abbas fuit ab a. 900 ad a. usque 911. et monasterium bene administravit. Sed fabula, quae hic narratur, huic rei anteriorem historiam exhibet.

pars visu facilis nulla cubantis erat. 300  
 gramen ibi vellens improvidus incidit anser,  
 pontificis daci subripuitque caput;  
 concitus eventu, nullâ formidine rerum,  
 efflavit villos auriculasque simul;  
 et valido flatu caput est huc inde rotatum, 305  
 cervus id, id caper, id vidit asellus, ego id.  
 ille ait: „hoc vere est, cui stipes labra columnus  
 separat, hoc nobis sufficit, ede celer!“  
 omnes ille pilos digressus demit et aures,  
 (ne pateant ullâ cognitione doli,) 310  
 laxat et impacto distentam pungile buccam,  
 horrifico rictu labra reducta patent.  
 Diriguit yisis senior, vultumque retorsit,  
 excutitur forti pulsa timore fames.  
 tunc primum patuit fortunam nolle jocari, 315  
 haud unquam similem pertulit ante metum.  
 „quis me,“ inquit, „Satanas lupicidas traxit ad istos?  
 heu mihi, quo tardat fune ligata dies?  
 quid cornuta acies? Gerardus et iste refertur.  
 (porro parum infaustos est jugulasse lupos,) 320  
 quin efflasse pilos auresque, rotasseque flando  
 huc caput, hoc sensu sospite ferre queam?“  
 anser ad haec: „hoc ergo novum, Isengrime, recenses?  
 non mihi res equidem contigit ista semel.  
 si vellem, capita octo lupis majoribus illo 325  
 efflarem, atque ipsi, domne eremita, tibi.

V. 502. dati C. — V. 505. eventus B. — V. 508. vobis C.  
 — V. 510. conditione B. *quod placet*, — V. 522. sospita B. —  
 V. 525. hoc B. — V. 526. domine C. —

mene fuisse putas materno semper in ovo? "  
 et dabat ingentem gutture flante sonum.  
 audito ter clamat „atat“ lupus atque repente  
 sensibus amissis in sua terga cadit, 330  
 efflatumque diu caput amisisse putavit,  
 atque illud geticas transsiluisse nives.  
 semianimem raptâ cognatus mente jacentem  
 erigit, et dicit: „patrue surge, sede!  
 patrue, ni fallor, dormitas, vade quietum! 335  
 excessit morem coena favore tui.“  
 Ille nihil dictis intendit, cetera versat,  
 terribilis turbae tecta subisse gemens.  
 [nec prius intrandi, qui tunc erat ardor eundi,  
 spes minus oblectat, quam metus angit edax.] 340  
 tunc ita dictator: „quid, patrue, volvis?“ at ille:  
 „quidensem, rogitas? maxima monstra quidem.  
 quis Satanas unquam vidit loca sacra petentes  
 tot capita in sumtus ferre lupina suos?  
 nonne bovina forent esu potiora suumque?“ 345  
 orator contra callidus ista refert:  
 „patrue, nec sapiens sub relligione videris,  
 nec fueras, pravum cum sequereris iter.  
 quae mihi, quid scythicae vulpi, quidve egeris indae?  
 et quid ego hispanis, quae tibi cura, lupis? 350  
 cum tua sedulitas nobis, et nostra tibi assit,  
 hostibus haec nostris, non tibi, poena venit.

---

V. 529. audio B. tunc C. — V. 549. egeras. C. —

---

q. V. 559, 40. haec antithesis consecutionem textus male dirimit.

ansere meque times coram et vervece caproque?  
 gensne alii genti faverit ulla magis?  
 graece allec loquitur, trans Alpes biga fritinnit, 355  
 tam canere hoc, quam nos extimuisse, potes.  
 tolle dapes, Joseph, refer in cellaria cursim.  
 provenit officio gratia pulcra pio,  
 obsequiis iras, impensis damna lucramur.“  
 ille caput raptum condidit, atque redit. 360  
 sicque gemit dicens: „heu pallet episcopus iste!  
 concolor infirmo est, langueat, oro, parum.  
 aut habet aut fingit quintanae frigora febris,  
 commodius posset forsitan esse domi.“  
 replicat orator: „jo! quanta peritia, Joseph, 365  
 quam bene formatus matris in aede suae est!  
 pergere vult abbas, ideo fortassis abibit,  
 optat sic asinus, tendit agaso secus.  
 [fas viget optandi, languet proventus agendi,  
 optato paucis suppetit usque frui.] 370  
 vis, permissus eat, gratis bona nostra vorasse?  
 consiliis saltem comparet illa suis“  
 Cetera dicturum vehemens intercipit hircus,  
 ut qui doctorem nollet habere lupum:  
 „non habet haec justam, Reinarde, calumnia causam, 375  
 vastavit nostrum non nimis ille penu.

---

V. 355. briga C. — V. 357. cursum C. — V. 358. culpa C. — V. 361. psallet C. — V. 365. io AC. — V. 366. ventris B. — V. 367. perdere B. — V. 371. permissum C. — V. 374. vellet C. — V. 376. vir pro non B. —

---

V. 369, 70. continuatur antithesis, cf. adnot. ad v. 359 et I, 12.



res minuit sparsas communis abusio, ritum  
hospitii totâ testificata domo.

hospitibus mos est animoque manuque gerendus,  
nostras atque suas solveret iste dapes? 380

hospitis adventu densatur sumtus in omnes,  
pectoris affectum vox faciesque notant.

egimus hoc isti, rursusque libenter agemus,  
nimirum ut patruo sedula turba tuo.

hactenus ergo illi scio nos servisse decenter, 385  
effice nunc summum, quaerit abire, jube!

[velle rogandus erat, quod nos rogat, ergo rogatum  
cum non obtineat, turba perita sumus.

insipiens perdit parvis data magna negatis,  
prisca perit probitas deficiente novâ.] 390

cur remeare vetes, cui non intrare negasti?  
ingressum decuit te vetuisse magis.

consilium potius non experiamur euntis,  
quam nimis incumbat consiliantis onus.

quod si consultor se paverit, ut tibi malle 395  
in pastum reducem consuluisse nihil?

consultit, ut reditum concedas, quando retentus  
consulet utilius? ter pluet ante trabes.

V. 377. sparsas B. — V. 380. solverit C. — V. 382. vetant  
C. — V. 396. impastum C. — V. 398. puer pro pluet B. —

V. 387-90. sermo hirci consummatus videtur v. 384, quae  
sequuntur, tum sententiis, tum aliteratione syllabica mihi non  
probantur; reliqua etiam usque ad v. 400 suspecta haberem,  
nisi consilium lupi tam saepe repeteretur, cui rei pondus  
quoddam inesse videtur, cum v. 372, 405, 407 etc. item de lupo  
consultore dicatur.

discidio pensat coenam, gratesque meretur,  
 eventus tantum suspicionis habent.“ 400

Providus objecit, qui norat fallere rhetor,  
 nec poterat falli calliditate levi:

„quemque loqui prohibes, nec cui tua grata loquela est,  
 inter grandaevos plus sapit iste senes.

consultor quaestorque bonus, quem dico patenter 405  
 tot cumulasse artes quot senuisse dies.

non equidem nobis hoc consultore carendum est,  
 plus nobis dominae proderit iste meae.

porro recedendi sit fas, et tempus, et ipse  
 rennueret certe, si bene nosco fidem. 410

creditis huc longo dignatum calle venire,  
 tam cito cognatos linqere velle suos?

foedera per nostri generis rogo, sicubi mallet,  
 patruae, quam caros hinc penes esse tuos?“

ruminat ille diu, quidnam respondeat apte, 415  
 et perhibet tandem, quae sibi tuta putat:

„quem fore me reris? cur nominor, haud quod inique  
 asperror? vellem patruus esse tibi.“

intulit ille: „mei frater patris aestimo cum sis,  
 dicere te patruum debeo jure meum. 420

agnosco speciem, si vis, profiteri, sonumque,  
 nec quia me miserum conspicis esse, neges.“

rettulit ille: „quod est falsum, Reinarde, negabo.  
 eliciunt mentem forma sonusque tuam.

vocibus et formis non semper credere debes, 425

---

V. 400. tamen C. — V. 403. tua *deest* C. — V. 412. nec  
*pro* cito C. — V. 416. prohibet C. — V. 417. hanc C. — V.  
 423. filium C. —

sunt multi similes vultibus atque sono.  
 non ego sum, quem me esse refers, vice falleris istâ,  
 nomen idem teneo, sed lupus alter ego.  
 nominor Isengrimus, ut is, quem reris adesse,  
 nomine sum compar, sed probitate minor. 430  
 hujus filiolum me gloriôr esse, sed ipsum  
 ipsius aut prolem non potuisse queror.  
 plaudo tamen fatis, quod nomine donor eodem,  
 quod similem vultum porto, sonique decus.  
 elige consiliis, quemcunque probaveris aptum, 435  
 annis praependet sarcina tanta meis.  
 partita est hodierna quidem mihi vespera lustrum,  
 aetas consilii pondere parva caret.  
 vox juvenum vento seniorum traditur arcae,  
 ire sinar, nulla est hîc mihi causa morae. 440  
 nolo inopes sumtu socios onerare diurno,  
 quos nequeo sensu provehere atque fide.  
 Taliter annosi juvenis sermone peracto  
 subjungit placidâ voce magister ovans:  
 „huc subito, huc socii, vervex, et cervæ caperque! 445  
 filiulus patrui cogitat ire mei.  
 mando tribus vobis, ut conducatis euntem,  
 nos, quamvis inopes, diligit atque colitur.  
 ultimus hospitium tenor expleat, hospes iturus  
 degustet dominae pocula quaeque meae. 450  
 non hîc tractetur pejus quam creditis ipsum  
 vos lare tractandos proposuisse suo.

V. 427. sum deest C. — V. 457. lucrum B. — V. 441. honorare C. —

gratia reddatur, quia nos dignatus adire est,  
 utque iterum veniat, poscite, quando volet.“  
 Isengrimus ad has voces haec verba subinfert; 455  
 (pocula dulcorem non habitura timens,)

„nosco vias, venio satis inconductus, eoque,  
 ante satis biberam, non modo plura bibam.  
 res perdit, quicumque suas nolentibus offert,  
 nil opus est addi, praeter abire mihi.“ 460

talia poscentem dictator mulcet amicâ  
 voce monens: „oro, dulcis amice, tace!  
 patrinusne tibi est patruus meus? ejus amore,  
 quae fuerant illi, sunt facienda tibi.  
 ut cum compererit, si nos ipse hospes adisset, 465  
 non eadem dubitet parta fuisse sibi.“

Ductores praeire, sequique eremita jubetur.  
 quid faciat? gemino stringitur ipse malo:  
 ire pavet, venisse dolet. promissa daturos  
 pocula pone videns, limen abesse foris. 470  
 incipit ire tamen paulatim, saepe reflexis  
 huc illucque oculis, itque reditque diu.  
 ostia Carcophas obiter servanda subibat,  
 clamitat infido laniger ore minans:  
 „bulgifer, ausculta! quid, si vis vivere, mandem; 475  
 magnanimus Joseph praecipit, ergo pave!  
 per sanctos, quos quaero, nisi mea jussa sequaris,  
 non erit exitio culpa redempta tuo.  
 totas pande fores, tener Isengrimulus ibit,

---

V. 467. praeire B. — V. 68. fringitur C. — V. 70. adisse  
 B. — V. 77. sociosC. —



tramite ne stricto transeat, aeger enim est. 486  
 [ardelio demens, tu si quâ strinxeris illum,  
 te prius exocula, quam videre mihi.“]  
 janitor econtra: „blandiri desine, frater,  
 sponte meâ facerem, qualia jussus agam.  
 multa jubes clamans, clamandi sentio causam, 485  
 proficies istâ calliditate nihil;  
 scilicet alliciens hac hospitis arte favorem  
 insignire meâ te probitate cupis.  
 [nil veter aut jubear, sapiens facit absque jubente,  
 quod prodest; quod obest, absque vetante cavet.] 490  
 si plus serviero, meus ut tuus extitit hospes,  
 ut major tibi sit gratia, nolo pati.  
 tu bonus absque fide, solo clamore laboras;  
 nil ego clamo, fidem sedulitate probans.“  
 Credidit haec praesul dixisse fideliter illos, 495  
 et magis audaci coeperat ire gradu;  
 janitor interea laxaverat ostia paulum:  
 „hîc,“ ait, „hîc transi concitus! ista via est.“  
 inter dicendum bis pulsans poplite dextro  
 currere grandisono ter jubet ore senem; 500  
 ille supersiliens veloci limina saltu  
 transierat medium tutus ad usque femur,

---

V. 481. ardalio, omnes, clemens C. — V. 487. allicies C.  
 — V. 489. vetat — jubet sapiensque C. — V. 500. tunc  
 C. —

---

V. 481, 82. repetitio versus praecedentis atque vv. 475, 76.  
 — V. 489, 90. sermo interrumpitur hoc disticho inserto, nam  
 v. 491 et 488 arctius inter se continentur.

[Carcophas onerosus erat, sex Fresidos orae  
 mole boves aequans, et tria grana salis.  
 tantâ mole fores adigens incumbit adactis, 505  
 atterit, attritis arctius usque premens.]  
 abbas ut laqueo canis allidente tenetur,  
 aut quam viscosum rete coërcet avem,  
 non redit aut prœdit, manet hac immotus et illac,  
 mobiliorque inter marmora juncta foret. 510  
 ilia non stabant, intus compressa coibant,  
 sic forium inflictu stringitur ille gravi.  
 [eheu quam vincto non curat credere victor!  
 quam concordat inops cum locuplete parum!  
 scit deus affectum vincti, scit vinctus et ipse, 515

V. 503. horae, omnes. — V. 504. more B. — circa pro  
 tria C. — V. 508. antequam — cohaeret C. — V. 513. eöhe A.  
 ecce B. eo aequa juncto — edere C. — V. 515. sic junctus C.

V. 503—6. *Locus corruptus esse videtur. Nam adjecti-  
 cum tantâ, si suo sensu accipitur, apodosi caret, si vero tantâ  
 significat molem sex boum (504), locutio mala est. Porro vox  
 moles iteratur, alliteratio syllabica bis occurrit (adigens, ad-  
 actis, atterit, attritis), memoratur Fresia, adest particula us-  
 que, quae cuncta ab interpolatore profecta esse, aliis in locis  
 demonstravi (vide adnot. ad v. 235. IV, 1185. I, 12). Auctor  
 Carcophantem descripsit ut hominem magnum et robustum,  
 non quidem eximio ingenio praeditum neque tamen ita plane  
 stupidum, quemadmodum interpolator eum depinxit. Itaque  
 tria grana salis (504) cum in universum tum hic praecipue  
 illepida sunt irrisio, quum asinus in hoc negotio prudentissime  
 egerit. Quae discrepantia inter auctorem et interpolatorem  
 inde originem habet, quod alius alium hominem sub hac per-  
 sona intellexit (conf. II, 617 not. et adde infra v. 592. et II,  
 690). Quod si quatuor hos versus omittis, textus minime mu-  
 tilatur, cum v. 512 rem satis illustret. — V. 513—16. senten-  
 tiae sunt interpolatoris.*

quam mora non animo grata morantis erat.]  
 hunc quasi nolentem procedere janitor asper  
 voce urget, pulsat poplite, calce ferit:  
 „ostia,“ dicebat, „socii, patefacta videtis,  
 nullorsumque gradi vult bonus iste cliens. 520  
 quid moror hîc? alio compellor, abire rogate!  
 janua, si scissem, non patuisset adhuc.  
 nullius hîc causâ peregrini stare tulissem,  
 seria me rerum talia totque trahunt.  
 non petit hic standi veniam, nec stare quod ipsum 525  
 hîc patior, grates, quas mihi debet, agit.  
 [restituit pretium nutrita monedula merdam,  
 graculus et cuculo, quem fovet, hoste perit.]  
 dedo tibi officium, Joseph, da, nescio sanè  
 nec curo cuinam, quilibet illud agat. 530  
 cujus ob insignes oculos ego janitor essem,  
 limen ubi semper qui redit, itque tenet?“  
 laniger objecit: „praecepi tota patere  
 ostia, nec curas providus esse semel.  
 offero pignus, ut es nequam, quia quasseris illum 535  
 parte sui quavis, perfide calo, lues.“  
 janitor: „absit!“ ait, „tu nempe patentia cernis  
 ostia, non oculis credis, inepte, tuis?“

---

V. 517. volentem B. — V. 525. alterum hemistichium deest,  
 et inserta sunt verba subsequentis vers. quas mihi debes agit,  
 C. nec — ipsi B. — V. 532. tenent A. — V. 536. talo C. —

---

V. 527, 28. haec observatio huc non pertinet, et vox  
 cuculo laborat vitio prosodico, nam mèdia syllaba produ-  
 citur.

absit, eum me astante quati, scit enim ipse, rogetur,  
 non ultro hoc facerem, quin prius ipse mihi. 540  
 tu saltem, Berfride, vide!“ tunc hircus asello:  
 „nonne,“ inquit, „video? si velit ire, potest.  
 nescio cur maneat, spontaneus ire recusat,  
 janua laxari latius ista nequit,  
 hoc vere speculor; Joseph quoque ridet iniquus, 545  
 ostia contemplans laxa fuisse diu.  
 invidet exprobratque tibi, pravoque favore  
 segnitiam spectat praesulis atque tacet.  
 [delirare liquet monachos juvenesque senesque,  
 primitus ingressi claustra verentur, amant, 550  
 regula vilescit vix cognita, cumque gerendum  
 quid foris audierint, exierintque semel,  
 vel nimis inviti, vel nunquam claustra revisunt,  
 hos sequitur ritus hic eremita piger.  
 nescio, sis abbas, an tu patriarcha, quid haeres? 555  
 ostia cum pateant, ut quid abire negas?  
 carmina nunc stares ad *completoria* juste,  
 quid tardas demens? hinc eremita sali!]  
 quo tu cerve paras?“ (etenim fingebat abire,)  
 „expecta sodes, dum patriarcha bibat.“ 560  
 cervus ad haec: „nondumne bibit? cur ergo venire  
 incipit? utque abeat me duce, pergo prior.  
 Joseph, nonne venit? mihi velle venire videtur.“  
 replicat ille: „tibi, quando libebit, abi!

---

V. 539. sic B. — V. 542. ipse C. — V. 554. sequi — piget  
 C. — V. 556. ad quid B. —

---

V. 550–58. *rationem hujus additamenti vide II, 169.*



ille manebit adhuc, cur hinc impotus abiret? 565  
 grandibus est pateris ante abigenda sitis.“  
 cervus: „itemque bibit rebibatque antistes, ego,“ inquit,  
 „ambulo, majorem non tolerabo moram.  
 esuriens et sola domum mea cerva tuetur,  
 si venies mecum, nunc, domine abba, veni! 570  
 transiit hora, sali! non stabo diutius istic,  
 hîc mihi non totâ nocte manere vacat.  
 tu bene transieris, sed id ausus penderet alter,  
 at tibi vim Joseph nemo tuente facit.“  
 obviat his Joseph: „si debet, pendat et iste, 575  
 dic, caper, estne reus? dixeris esse, luat!“  
 hircus ait: „non pejor erit me iudice, quamvis  
 perdiderit totum quod probitatis habet.“  
 ingeminat Joseph: „tacui satis, abba, recede!  
 otia sectari nos tua posse putas? 580  
 aut intro redeas, aut egrediaris oportet;  
 elige mox, quid agas, optio dicta viget.  
 crede, cito aut abies, aut te tardasse pigebit,“ —  
 o quales gemitus tunc dabat, illè miser!  
 irridens gemitus exclamat degener hircus: 585  
 „hic missam mediâ nocte eremita canit;  
 laniger, ausculta, quàm dulciter organa fundat,  
 tam bene, ni fallor, vix modularer ego.“  
 „sic tibi missa solet cantari?“ laniger infit,  
 „nunc scio te psalmos non bene nosse tuos.“ 590

V. 575. deest alterum hemistichium, 3 vv. sqq. et initium  
 v. 579; alterum hemistichium hujus vers. librarius subjunxit  
 versiculo 575, et sic quatuor, integri vv. exciderunt. C. — V.  
 580. trita C. —

[affirmat verbum ille quid est, missamque putasti  
 esse supra Scaldum vult catecheta Remis. 6]
   
Rearidus dixit: „vos tortum dicitis ambo,  
 doctus in hoc ego sum carmine, vosque rudes.  
 pluribus offensis cecidit, nunc illa fatetur, 595  
 scire volens, quò sint ipsa pianda modo.“  
 tunc caper: „o Joseph! vera est sententia cervi,  
 postmodo quae nobis sint facienda, vide!  
 excessusne suos exponet funditus omnes,  
 insimul ut positos indita poena lavet?“ 600  
 „stultitia hæc nobis,“ respondit laniger, „absit,  
 quid faciam, satis est absque monente ratum.  
 suppetat assensor, qui sicut ego omnia penset,  
 non patiar culpas hunc recitare diu.  
 quis scit, an in saltus vox transeat alta remotos, 605  
 et possit scelerum poenituisse pares?  
 a tribus absolvi nobis fortasse nequibit,  
 quae veniet mores turba referre malos.  
 absolvatur ab his, Brabantes cetera gaudent  
 corrigere, at nobis ista piare datum est.“ 610  
 tunc caper oblongum variumque trifurculat *amen*,  
 concinnat bifidum furcula quaeque melos.  
 ista velut hūbo macer, et rota putrida bigae,  
 haec ut arabs daemon, gallicaque orca sonat.

---

V. 592. cantasse super C. catigeta, *omnes*. — V. 594. haec A. — V. 609. Barbantes C. — V. 611. varium C. — V. 612. continuat C. —

---

V. 591, 92. *obscurum distichon, quod interpolatoris ingenium et patriam prodit, cf. II, 690. IV, 295.*

scansilis exiles bis crispat tertia phthongos, 615  
 ut vox alta tubae summaque chorda gigae;  
 undique deinde feri, nec vox sonat ulla nisi illud,  
 excipiunt plenâ tunc pietate senem;  
 cervus agit costas, caper armos, guttura vervex,  
 atque inter calices verba benigna volant: 620  
 „has ego,“ cervus ait, „costas adigoque ligoque,  
 quas abigit positu macra juvena suo.“  
 „incute tu costas armis,“ caper infit, „adactis,  
 ne nimis, ut timeo, succutiantur, agam.“  
 laniger: „arcto,“ inquit, „fauces nimis hactenus aniplas,  
 patribus has memini vix placuisse meis.“ [625  
 ha quotiens cervus pulsans „benedicite!“ clamat:  
 „explora, frater, quid ferat iste calix!“  
 ha quotiens hircus: „non sum caper, immo sacerdos,  
 accipe quaesitam sancte eremita crucem!“ 630  
 ha quotiens vervex: „si mecum pergere Romam  
 appetis, hîc peram do baculumque tibi.“  
 ha quotiens omnes: „Satanas haec pocula magnus  
 sanctificet famulo multiplicetque suo!“  
 Jam non exterius convivae talia caro 635  
 pocula pincernas continuare piget.

---

V. 615. tongos, omnes, quod emendavi. — V. 616. gigae, omnes, sed male, prima longa est. — V. 621. servus C. — In verss. 612—624 in B. multa verba humiditate deleta sunt. — V. 626. hoc, omnes, praetuli has, quod sensus postulat. — V. 635. curo C. —

---

V. 627—34. haec enumeratio repetita videtur e versibus, qui proxime praecedunt, cum hi versus nihil contineant nisi continuationem ejusdem argumenti. cf. v. 450, 56. 163 not.

[sed quid pauca juvant? dormitur forsitan intus,  
 non curant famulas inseruisse manus.]  
 infra velle, licet non ultra nolle, sodales  
 non queritur dantes intus adesse senex. 640  
 gallus terga, marem vulpes, caudam occupat anser,  
 vellit is, hic mordet, calcitrat ille furens.  
 non cui quem monuisse vacat, se quisque monebat,  
 ne si quem moneat, non sibi forte vacet.  
 qualiter adstringit ferrum sub verbera forceps, 645  
 sic angit caudam, sic premit anser ovans.  
 astulat ut planam bene motâ dextra dolabrâ,  
 sic cum carne pilos gallus ad ossa rapit.  
 non tamen ille potest tantos sentire furores,  
 Reinardi feritas tam rabiosâ furit. 650  
 Hospitii calices ut praesul sumserat istos,  
 roboreque exhausto turba resedit hebes;  
 tunc Joseph claudi jubet ostia, paret asellus,  
 auribus instillans murmura pauca lupi:  
 „a caris sociis huc tu conductus es usque, 655  
 nunc, si quid pedibus fidis, amice, sali!  
 [nunc intende salire, sali! si quando salisti,

---

V. 657. scit C. — V. 659. lignet B. — V. 643. cuiquam BC. — V. 549. tanto B. furores *irrepsisse videtur, quod v. 650 verbo furit terminatur; si vero ab alliteratione repetis, stare potest, atque furor, feritas, rabies gradationem constituunt.* — V. 650. furiosa C. — V. 657. sitisti C. —

---

V. 657-40. *quaestio ratione destituta est, neque adeo totum istud distichon quidquam valet, cum v. 655 jam dictum sit, lupum intra domum quoque vapulasse. v. 659 mihi non commendatur ob antithesin, quae saepius occurrit. — V. 657. Quae hic de hymnis matutinis perhibentur, mihi tanquam ad-*



jam matutinum convocat hora chorum.]  
 ne tamen hinc salias, nisi grates egeris ante,  
 grandibus est meritis gratia parva satis. 660  
 annuimus gratis discos paterasque dedisse,  
 proventu medio pascua ventris eunt.  
 exigimus grates, quia te conduximus omnes,  
 offensam nobis materiare cave.  
 imprimitur pollex palmae, redeunte petitem 665  
 hospite, qui gratus non fuit ante datis.  
 Supprimit ille minas, et nobilitate silendi  
 fungitur, in tempus servat agenda suum.  
 [quid stulto concepta semel prudentia confert?  
 post sapere exiguum stultior usque inanet. 670  
 bis reticens apte quater abdita vulgat inepte,

---

V. 661. poterasque B. — V. 666. gratis. B. —

---

*ditamenta interpolatoris suspecta sunt. Hoc argumentum continuatur v. 676 et absolvitur v. 694. At ejusmodi minae omnino oppositae sunt versibus 667, 68. et lupum regulae monasticae tam gnarum fuisse, ut hic monstretur, nullo pacto concedi potest, cum in fabula V hujus libri plane contrarium videamus. Neque approbare possum, quae v. 724 sqq. de jure synodali memorantur, quamquam rerum conditio et habitus hic alius esse videtur, quam supra I, 419 sqq. Haec omnis disquisitio pendet ab explicatione historica, quam cum hic afferre non possimus, criticam rationem ulterius non prosequemur. Ceterum sunt loci obscuri vel corrupti v. 665, 680, quorum structura intricata magis ad interpolatorem spectat, quam ad auctorem. — V. 657. alliteratio syllabica ter repetita, sed salire hic synonymum videtur verbi saltare, quod ex repetitione, quae consulto admissa est, conjicio. Aliud exemplum hujus alliterationis vide 682. — V. 669—74 asinus hic stultior habetur, quam revera fuit, de voce usque vide I, 12. et de antithesi cum participio constructa II, 1171.*

tam bene nec celat, quam male deinde refert.  
 quid prodest asino siluisse, et dicere vulpi?  
 vicisset celans, vincitur ipse loquens.]  
 audierat vulpes verba irridentis aselli, 675  
 quod matutini carminis hora foret,  
 atque cor indagare volens abeuntis, iturum  
 lusuris patruum vocibus usus ita est:  
 „bulgifer imprudens, alios, quam diximus, istic  
 hunc matutinos dicere velle putas?“ 680  
 restitit haec ad verba senex, hostique perito  
 ludificandus avens ludificare, refert:  
 „cantasti Reinarde tuos, ego differo nostros,  
 nondum cantandis suppedit hora meis.  
 in lucem suspendo meos multumque diurnos 685  
 cogito nocturnis dissimulare tonos.  
 diximus obscuros istic, octavaque lecta est  
 lectio, servatur nona legenda mihi.  
 [nunc habet iste suam, nunc parvulus ille placentam,  
 et ratis in portu plena diebus adest.] 690  
 non bene servo vicem cantores solus in octo,  
 alterius partis cras schola major erit.  
 matutina mei venient ad carmina fratres,  
 qui laudes secus ac hircus et anser agant.“

---

V. 672. non B, *restituerim nunc, et legerim*: nec bene nunc  
 — quae. — V. 678. jussuris C. — V. 680. i. e. putasne, hunc  
 alios hic dicere velle matutinos, scil. hymnos, quam nosmet  
 ipsi diximus? — V. 686. dissimulare C. —

---

V. 689, 90. *carere possumus hisce sententiis, quae sensum  
 interrumpunt et patriam interpolatoris prodere videntur.* cf.  
 IV. 295.

„patruë,“ rhetor ait, „patruus (cur vera negarem?) 695  
hactenus ut fueras, tu mihi semper eris.  
nonne potest munire deus, quem somnia terrent?  
jurgia sunt leges ad dirimenda datae.  
quod si iudicio nostros commiseris actus,  
hîc quod ames, factum est, unde querare nihil. 700  
quamvis ipse neges, ob qualem nescio causam,  
lustra tibi certum est octo fuisse quater.  
omnis eo veniens aetatis, oportet, ut isto  
more salutetur, si juvenescere avet.  
ergo ut, qualis eras dictus, te teste redires, 705  
antidotum pietas hoc tibi nostra dedit.  
[talibus obsequiis debentur flagra minaeque?  
par Satanae est, qui vult impius esse pio.]  
si vis pro reduci nobis gratare juventâ,  
istud „ave“ ex nostrâ sedulitate refers. 710  
lentior extiteras annis quam temo bilustris,  
janua nostra tibi est omine visa bono.  
nunc fore coepisti tener ut faba trima catellus,  
pax tibi sit! quo vis, vade, catelle tener!  
pax tibi! vade alacer! quotiensque redisse senectam 715  
senseris, hîc semper parta juvena tibi est.  
[ob quod ad ista novum cantasti limina carmen,  
nunc tibi sit simplum, post erit usque duplum.“]

---

V. 705. et pro te C. — V. 706. haec C. — V. 710. illud C.

---

V. 707, 8. his quoque versibus consecutio textûs impeditur.  
— V. 717, 18. additio nullius pretii, res acta est pace datâ,  
qua lupus irridetur, qui eâdem formulâ ecclesiasticâ socios  
salutavit, cum ad eos hospes veniret v. 141.

praesul ad haec: „hîc laureolum tibi currit, ut optas,  
 justa refert meritis hora quibusque vices. 720  
 multa in vasa quid hoc fundam? servistis honeste,  
 taliter aut aliter vos amo, sicut amor.  
 nec mihi servitium satis est, offertis agendum,  
 cladibus hoc deerat jus synodale meis.  
 olim non fuerat legis mihi cura sequendae, 725  
 nescio, quis statuet nunc mihi legis onus.  
 candidiore novo veterem non cambio callem,  
 tardum est annosos discere vincla canes.  
 lege meâ potior, sum praesul ego atque decanus,  
 cras synodum mando, conveniemus item. 730  
 quam mihi vestra fuit pietas accepta, docebo,  
 cum fuerit synodi concio lecta meae.  
 si non reddidero sumtis aequalia saltem,  
 perfidior Suevo judicer atque Getâ.“  
 exilit inde senex, vetuissent repere plagae, 735  
 praebebant vires ira dolorque recens.  
 tunc jubet excubias caute Reinardus agendas,  
 hostica ne subitas inferat ira manus.  
 Ter stadium senior discesserat, elicit alto  
 murmure fautores pone proculque suos. 740  
 jam brevis undenos conflaverat hora sodales,  
 ante alios omnes Grîpo triventer adest.

---

V. 719. hoc *pro* hîc B. — V. 722. haud B. — V. 723. ser-  
 vitum C. — V. 726. quid BC. — V. 733. septis C. — V. 734.  
 senevo C. — V. 735. vetuisset B. — V. 742. grippo C. —

---

V. 742. *Sub nominibus, quae sequuntur, ignobile vulgus  
 intelligitur, quocum Zwentibolcus rempublicam a manu gu-*



abbatis socer ille fuit, cursuque rapaci

Isengrimigenae tres comitantur avum.

magna salus ovium Larveldus cursor, avique 745

cum facie nomen Grîmo pilauca tenens,

et nunquam vel paene satur septemgula Nîping,

Grîponis subeunt pignora deinde duo,

Guls Spîspîsa prior, post natus Wulfero Worgram,

hos inter sequitur Sualmo, Charybdis inops, 750

et proles amitae Grîponis, Turgius, ingens

mantica, quo genero Sualmo superbus erat,

Sualmonisque nepos Stormus Varbûcus, et audax

privignus Stormi Gulpa, Gehenna minor,

hinc patruus Gulpae, Sualmonis avunculus idem, 755

Olnam cognomen major Avernus habens.

his mala, quae tulerat, lupus auctoresque malorum

detegit, et queritur, poena vovetur, eunt.

paulo luce prius prorumpitur, armaque clamant,

tam male laturo quam bene ferre rati. 760

V. 743. ablati C. loco hujus vers. lacuna in B. — V. 745. larveldus AB. — V. 747. septengula, omnes. nipig A. vipig C. — V. 748. criponis C. — V. 749. gulsus C. glus B. gwlféro AB. i. e. gwulfero, quae magis gallica est scriptio, praetuli germanicam, tum quoque ob alliterationem. — V. 751. plures amicae C. — V. 753. stormus deest C. vabrartus C. uarbucus AB. — V. 754. galpa C. gehanna B. — V. 756. aut miser pro avernus C. — V. 760. luctari B. —

bernavit. Nomina propria cum hominibus, utpote plebejis, interciderunt. Sed omnia haec pseudonyma secundum regulas dialecti franco-lotharingicae formata sunt. — V. 759. „arma“ clamare, est exclamatio germanica wafen! quae in carminibus epicis saepissime legitur.

[profuit arte malum, cessit victoria victis,  
 invia robusto munia cautus adit.]

Hospitis irati praesenserat excuba pernox  
 terribilem reditum, praemonuitque suos.

gallus, cervus, ovis, caper, anser, caprea, vulpes 765  
 alta petunt, solitâ mobilitate leves.

consedere super celsi pinnacula tecti,  
 eventusque suos opperiuntur ibi.

at tam mole sui quam consuetudine deses  
 ad cumulum foeni stabat asellus edens. 770

assiliunt hostes, conjuratamque ruinae  
 unanimi stipant obsidione domum.

sero fere metuens asinus, foenile per altum  
 tendit, ubi socios suspicit esse suos,  
 antera jam tectum tenet ungula, postera foenum, 775  
 unde salus fieret, sive ruina simul.

[nec miser ascensor nec felix esse videtur,  
 perdere tam facilis quam retinere fugam.]

a pluteo tecti suspenso corpore quantum  
 occupet interstans, subter acervus erat. 780

tunc asinus magno se proripit impete sursum,  
 calx obiter labens postera lusit eum,

succidit ille labans retro, saltusque supinans  
 non asinum attollens in sua terga rotat.

V. 770. ferum C. — V. 774. suscipit BC. — V. 776.  
 semel AB. — V. 782. obitum C. — V. 784. rotans C. —

V. 761, 62. male interponuntur hae sententiae, quibus rei  
 gestae exitus anticipatur. — V. 777, 78. sueta antithesis, qua  
 iudicium suum inserit interpolator.

ut mons ille ruit, sub cuius pondere vasto 785  
 illiduntur humi Turgius atque socer.  
 vertit in auxilium jacturam provida vulpes  
 taliter: „o demens, jussimus ista tibi?  
 muribus his opus esse putas? quin arripe primum  
 archilupum turbae totius, hucque rota! 790  
 inde tene seriem, majoribus adde pusillos,  
 donec compereris non superesse pilum.  
 me miserum! quod non plures huc appulit error,  
 hos penitus geminum lambimus ante diem.  
 jussa facis demens, Gerardus an irruet anser? 795  
 nec sinet hîc caudam, nec remanere caput.“  
 anser deinde cavum proflans, et fortiter alas  
 concutiens, gestum paene volantis habet.  
 diriguere hostes, porro consurgere necdum  
 qui ruerant poterant, fit timor atque tremor. 800  
 nec mora, quot capitum tot circumquaque viarum  
 primus, cuius amor moverat arma, fugit.  
 venerunt pariter, multum rediere diremti,  
 quo versi steterant, posteriora ruunt.  
 Turgius et Sualmo tandem consurgere nisi 805  
 vix sua digesto membra tulere solo,  
 utque iter arreptum est, omnes post terga relinquunt,  
 qui nisi fuerant praecelerare diu.

---

V. 788. hanc interpunctionem desumsi ex cod. A., sed  
 equidem taliter ad orationem vulpis trahere maluerim, inter-  
 posito puncto post vulpes, qua interpunctione sententia inge-  
 niosior redditur. — V. 795. clemens girardus C. — V. 802.  
 primum AB. — V. 804. malim posteriore. — V. 808. praece-  
 lerasse A. —

sic asinus victus Reinardi vicerat astu,  
unius et clades omnibus egit opem.

810

## FABULA II.

### Reinhardus Adelsprobe.

Crastina lux aderat, mirantur gallus et anser  
tot vulpis victos arte fuisse lupos,  
jamque retractantes sollertia facta, futuri  
oderunt socium suspicione doli.

disponens igitur leni facienda susurro

815

Sprotinus socium format ita, atque monet :

„versutus nimis iste mihi, Gerarde, videtur,

néc nos in fatuâ simplicitate sumus.

[exiguum non est, ubi sit fallacia, nosse,

cognita vitatur vel minus anguis obest.]

820

ad nostram redeamus humum, quaesita profecto

sat loca sanctorum credo fuisse mihi.

[transmutemus iter, nihil aestimo sanius esse,

---

*Fab. II. B haec habet: sequitur X exemplum, quomodo gallus inventus est a Reynardo, et quomodo Reynardus rogavit eum ire secum, et gallus noluit et tamen raptus est a Reynardo et portatus et quomodo delusus est a gallo. in AC scriptio continuata est sine distinctione literae initialis. — V. 811. miratur C. — V. 813. retractantem C. — V. 816. atque ista C. V. 820. nimis B. — V. 822. transmittemus C. transmutemur B.*

---

*V. 819, 20. confirmatur hoc disticho prudentia, qua Sprotinus in praecedenti gloriatus est. — V. 823, 24. repetitio superioris distichi.*



nam mora suspecta est, demtaque causa morae.]  
 conjugium expletum est, cui decreverè necari 825  
 altitium domini quadrupedumque mares.  
 nec portanda foco Carcophas ligna veretur,  
 omnia sunt isto percelebrata die.  
 res igitur finem, qua nos praestrinxit, ut hujus  
 Reinardi comites efficeremur, habet. 830  
 quem bene si novi, non nostrâ ex stirpe quis unquam  
 longâ pace fuit, nec comes ejus erit.  
 [nec quia jurarit, veracior esse putetur,  
 jurant multa, quibus creditur usque parum.  
 frangere fraus citius, quod jurat fortius, audet, 835  
 jurandi non est indiga vera fides.  
 juravit nobis Reinardus, crede fidelem;  
 vult tibi, quod voluit patribus ante tuis.  
 servat adhuc farto juratum foedus omaso,  
 foedus obit, postquam desinit esse satur. 840  
 ad libertatem peccandi surgit egestas,  
 esse nihil crimen praeter egere putat.  
 nec, sibi dum prosit, curat, quam pluribus obsit,  
 hac timor atque pudor conciliante cadunt.]

V. 824. *sensus*: et causa morae demta est. — V. 842. *crimen deest* C. — V. 844. ac B. consiliare C. consiliante B. — hac *pro illa, scil. egestate* v. 841. *scriptor saepe utitur demonstrativo pro relativo, cf. III, 517. 431. II, 357.* —

V. 833—44. *haec longa juris jurandi expositio propterea mihi suspecta est, quod sententiis est referta et non bene continetur cum versibus 864. 875., nam galli sermonem a vulpe vel auditum vel intellectum esse, patet e responso Reinardi. Denique interpolator jam lib. I, 1388 sqq. eadem fere protulit, quae hîc v. 841, 42 repetuntur.*

clam rapienda fuga et subito est, si noverit hostis 845  
propositum, insidiis anticipabit iter.“

Ille susurrantes attendens prodit et inquit:

„unde timor socii? nonne abiere lupi?“

cogitat hîc gallus: „tu nondum, frater, abisti,  
tu mihi vis sane quod lupus esse tibi.“ 850

addidit astutus rhetor: „quae causa pavendum  
suadet, ubi gaza est, relligio atque favor?“

[stultus tuta timens fit tutus, quando timendum est,  
at sapiens trutinâ pendit utrumque suâ.]

este penes socium tuti, coram hoste pavete, 855  
non me vos aliquâ fraude notastis adhuc.

[septima cras lux est, nunc sexta, nec utor in istis  
carne domi, nedum cum loca sacra petam.

qui caret ipse fide, nullum putat esse fidelem,  
si bona vestra fides, et mea nota foret. 860

comiter errantem sapiens supportat amicum,  
non vos pro modico crimine trudo foras.

nunc iterata sacris habeat concordia pondus,  
ut duplicem culpam foedera fracta trahant.

neve viam sacram, quamvis sit dura, timete, 865  
dulce nihil meruit, qui nihil acre tulit.¶]

gallus ad haec: „nosti, quae dicebamus, et ac si  
verum nescieris, cetera fingis,“ ait,

V. 851. qua B. — V. 856. nonne — vocastis ad haec C. —  
V. 864. facta C. — V. 866. metuit C. —

V. 853, 54. cf. I, 41. not. — V. 857—66. expositio loqua-  
cior et sententiosa, cui ullam persuasionem, qua hîc opus est,  
inesse haud video.

„jactabamus enim, quod nostris protinus herbis  
 exhibuit juvenem janua docta lupum. 870  
 ergo, quod simulas, nos velle recedere, mirum est,  
 nam nos non dubitas velle coësse tibi.  
 quin, ne nos famulos tibi dedignere, veremur,  
 nec tua mens nobis, sed tibi nostra patet.  
 ne spes nostra labet, juretur utrimque secundo, 875  
 et grates, si nos non reprobaris, habe!“  
 quamvis crediderat repetito foedere lusus  
 dictator, socios velle manere suos,  
 jejunare minus rupto pro foedere gallum  
 terret, quam certâ morte carere juvat. 880  
 „nunc propera, Gerarde comes! fortasse manemus  
 incolumes hodie, cras comedemur,“ ait;  
 „eja mox! dum nulla fugam cautela coërcet.“  
 his dictis celerem corripuere viam.  
 sed cervus simul atque asinus, vervexque caperque 885  
 hi nondum dominam destituere suam.  
 Sentit abisse duos, nec curans fracta fuisse  
 foedera Reinardus, damna uterina dolet.  
 tunc baculum secum peramque prehendit, abitque,  
 quaesitumque diu non reperire potest. 890  
 denique plena videns intra granaria gallum  
 insidias cassâ calliditate parat:  
 „heus!“ inquit, „Sprotine comes, cur solus abisti,  
 omnibus ignaris sollicitisque tui?  
 debueras saltem, licet incomitatus abires, 895

V. 872. jam B. — V. 885. simulque B. — V. 889. fecit pro  
 secum C. — V. 894. sollicitisque B. —

dicere, ubi sociis inveniendus eras.  
 en egomet longo quaesitum tempore tandem  
 vix isto potui te reperire loco.“  
 ille refert: „frustra quaerebar, sponte redissem,  
 cum reditum nossem profore posse mihi.“ 900  
 intulit hostis: „ita est, sed solum miror abisse,  
 heu meruit nostrum nemo tibi esse comes?  
 me taceo, quem semper amas te semper amantem,  
 cetera se spretis te dolet isse phalanx;  
 sacraque vota nimis per te dilata queruntur, 905  
 et nullo donec veneris ire volunt.  
 nunc nostri dum cura deum movet, accipe peram  
 cum baculo, et sacrum perficiamus iter.“  
 cristiger objecit: „scio te duce tutus ego essem,  
 et cuperem semper te comitante gradi, 910  
 sed baculum peramque tuam refer, illa profecto  
 Gutero, qui tenus hac haec dabat, usque dabit.  
 [accipe, si rogitas, causam: fidissimus esse  
 diceris esuriens, sed satur absque fide;  
 non igitur tecum nisi jejunante viabor, 915  
 nil fidei stomacho luxuriante tenes.“  
 subridens vafer haec replicat: „sociabimur ergo,  
 esurio quantum credere nemo queat;  
 quoque fame crucior graviore, fidelior hoc sum.“

---

V. 899. quaerebas C. — V. 904. ire B. — V. 907. nec B.  
 — V. 913. cogitas comitum C. —

---

— V. 913–22. haec ironia non bene interposita videtur, cum  
 v. 912. lucem demum accipiat a v. 925, et universa ironia e  
 sententiis supra 840–44 allatis hausta sit.



penniger econtra: „tempora perdis, abi! 920  
 per sanctos, quos quaeris, abi, Reinarde, manebo,  
 sit fas, sive nefas, nolo coësse tibi.]  
 Gutero decrevit meliores visere sanctos,  
 atque suus consors suasit ut esse velim;  
 suasit, eroque, redi! nil nugis proficis istis, 925  
 alterutrùm nobis noscimur ambo satis.“  
 his velut iratus responso vocibus apto  
 obviat, hypocritâ fallere fraude volens:  
 „compater o nunc usque tuus, Sprotine, ferebar,  
 effestuco dehinc teque genusque tuum! 930  
 muribus esto comes! gallorum nullus haberis,  
 et penitus patriâ nobilitate cares.“  
 artibus ars cunctis respondet nulla vicissim,  
 ille vafer subito ludificatus ait:  
 „unde meo videor despectior esse parente? 935  
 conjugibus his sex impero solus ego,  
 quaelibet et minimum non audet tangere grañum,  
 me nisi mandetur praecipiente prius.“  
 ficator ad haec: „Sprotine, tace! tam vilia tanti  
 stirps patris ostentas? proh pudor! opto mori. 940  
 [vilius hoc fore quisque solet, quo clarior ortu  
 eximius proavis inferiora facit;]  
 nam tuus ille parens uno pede functus, et unum  
 praeccludens oculum, carmen herile dabat.“

---

V. 925. gutturo C. — V. 934. illa B. — V. 940. ostensas B. —

---

V. 941, 42. eadem sententia repetitur 951, 52 et utraque inserta est, cum consecutionem textus impediât.

exultans Sprotinus idem despondet, agitque, 945  
 seque refert magno cedere nolle patri.  
 addidit ille: „tui generis nunc aemulus esse  
 incipis, at patrem plus valuisse ferunt;  
 fama nihil de te perhibet, nec scimus, iniquo  
 an justo fuerit semine foeta parens. 950  
 [egregiam prolem majorem patribus esse  
 sive parem, sed non degenerare decet.]  
 ecce meo multum placuit tuus ille parenti,  
 et titulis omnes nobilitabat avos.  
 orbi quadrifido resonum fundebat in uno 955  
 stans pede, pupillam clausus utramque, melos.  
 [qua deus usque potest aliquid, vox dulcis, et ultra  
 audiri poterat milibus octo quater.“]  
 gallus idem jurans canit, utraque lumina clausus,  
 quem citius medio surripit ille sono, 960  
 irrisitque suo suppressum poplite (namque  
 omnis agens ut vult, se probat esse, quod est.)  
 „egregie, Sprotine, canis, sic postera cantet  
 stirps mihi quotidie, sic cecinere patres;  
 porro, quid optabas cantando dicere, novi, 965  
 foedera juraras et violasse doles;  
 dicere sed nimium clarâ hoc mihi voce volebas,  
 nescius insidias pluribus esse locis.  
 quid, si quis latitans audisset probra seorsum,

---

V. 954. nobilitavit B. — V. 969. seorsim C. —

---

V. 957, 58. continuatur hisce versibus descriptio, sed hyperbolen interpolatoris esse, ex aliis locis, ubi eadem occurrît, colligitur. IV, 1210. 1212. I, 665.

qui tibi cum nolles improperaret adhuc? 970  
 idcirco vetui tantum prodire parantem,  
 intrandum est nemus, ut clam fatearis ibi.  
 injungenda tuis est poena reatibus illic,  
 et, tua qui prodat crimina, nullus erit.  
 neglectam debere fidem majore piari 975  
 comperies nisu, quam potuisse geri;  
 [non quia te cupiam consumere, quemve tuorum,  
 hoc facerem invitus, sat tibi claret idem.  
 esurio, servabo fidem, nil vindico de te,  
 ni quod, si sapias, sponte mihi ipse dabis. 980  
 non plumas comedo, pennas utrobique relinquo,  
 integra perstabunt candidiora tui.  
 hoc, quod vile tui est, esu quod inutile nosti,  
 quod muscis alitur vermiculisque, molam. 985  
 Taliter irrisus reticebat, fraudibus hostem  
 tempora lusuris commodiora legens.  
 Reinardum tardasse piget, raptâque rapinâ  
 supplebat cursu concitior moras.  
 mensus iter medium fuerat, prospexit euntem  
 confuso strepitu rustica turba furens: 990

---

V. 971. metui BC. tantum — parentem C. — V. 973. illuc  
 B. — V. 976. visu B. — V. 977. quemve pro aliquemve. — V.  
 982. praestabant C. — V. 990. sequens C. ruens B. hoc ob al-  
 literationem mihi magis probatur quam reliquae lectiones. —

---

V. 977-84. vide adnotatt. ad v. 915. ex quo loco interpo-  
 lator hanc digressionem desumpsisse videtur ut sibi constaret.  
 Si vero examinaveris, quae I, 1503. 1513 sqq. III, 2265 sqq.  
 prolata sunt, non facile negare poteris, haec omnia ab eo-  
 dem scriptore profecta esse.

„aspice, quid portet Reinardus; prende, relinques,  
 quo nunc fur? quo sic? prendite, curre, feri!“  
 senserat arrepto Sprotinus tempore fraudem  
 posse refraudari, sicque profatur ovans:  
 „heu generis mansura mei confusio semper! 995  
 a studio capitis libero fata mei.  
 me generis prisci tangit pudor atque futuri,  
 quorum nobilitas omine laesa meo est;  
 quod sub degeneri captivus deferor hoste,  
 a decies nono nobilis ortus avo. 1000  
 olim praeda forem, vulpesque tulisset honorem,  
 collatis generi patribus orta meo.  
 fur me foedus habet, mala me vulpecula portat,  
 cur dicam, rogitas, ista?“ (rogabat enim)  
 „si possem, loquerer graviora decentius in te, 1005  
 vis credi probus, et quid probitatis habes?  
 exprobasset enim turba haec tibi rustica gratis,  
 si tibi, quod jactas, esset herile genus?  
 materiam, si vis laudari, praestruere laudis,  
 absque operum titulis irrita verba volant. 1010  
 ha quaeris, quid agas?“ (etenim quaerebat,) „et exstas  
 vulgatus sapiens? disce! docebo quidem.  
 tu me visus eras sapientior usque dierum,  
 te ferar hinc saltem doctior esse semel.  
 sic igitur facies, tu me depone, manebo, 1015  
 quid fuga prodesset? mors patienda mihi est.  
 et me deposito, dic: „plebs insana, silete!  
 si porto, cujus rem nisi porto meam?



sic pater est a patre meo portatus, et iste  
     nunc feodum patriae conditionis habet. 1020  
 te sin esset ut est, melior pars septima lendis,  
     destruere hoc posses rustica probra modo.“  
 deponens spoliū Reinardus, inania clamat,  
     depositus celeri mobilitate fugit,  
 concutiensque alas super alta rubeta resedit: 1025  
     „sum, domine, hîc, grates, galliger,“ inquit, „habe!  
 hîc, quamvis alibi malle, vel me tamen esse  
     grator, ubi sine te sero futurus eram.  
 solvisti patriae bene vectigalia sortis,  
     portatus genitor sic meus ante tuo est. 1030  
 sed quia tam subito solvisti tamque libenter,  
     optima, si jubeas, hinc tibi mora dabo.“  
 dixerat et variis instigans cantibus hostem,  
     ungarice et graece chaldaiceque canit.  
 rettulit illusus simulato foedere lusor, 1035  
     responsum falsâ sic pietate linens:  
 „o generis, Sprotine, tui tutela decusque!  
     nobilis et prudens, pulcer opumque dator!  
 non miror, si mora mihi socialiter offers,  
     grandius obsequium cum mihi saepe geras, 1040  
 sed non nunc mihi mora placent, tu vescere, donec  
     digrediar visum, paxne sit, anne pavor.  
 nolo iterum nobis insultet rusticus exlex,

---

V. 1019. tuo C. — V. 1029. negligentia C. — V. 1030.  
 tuum B. — V. 1033. is pro et C. — V. 1035. elusus BC. —

---

V. 1032. mora, poëta fabulae alludit, in qua vulpes uvas  
 appetit, neque tamen attingere potest. *Phaed. lib. IV, fab. 3.*

aut nostrum impediât quilibet hostis iter.“

[Insipiens quandoque rapit sapientis, itemque 1045  
praeventus sapiens insipientis opus.

V. 1045 *A novam fabulam inchoat literâ majori caeruleâ, adscriptoque: liber Vtus. C hanc divisionem sequitur, numero tamen libri non adscripto, et B hocce argumentum fabulae exhibet: sequitur XI exemplum, quomodo Reynardus conqueritur sibi ipsi de gallo et maledixit dentibus suis, et reversus ad gallum supra arborem existentem dixit pacem ubique esse firmatam, et ei obtulit cartam pacis et gallus noluit sibi credere, sed dixit se cânes videre de longe et ob metum illorum vagus et famelicus a loco recessit. — capit C. —*

V. 1045. *Fabula ab hoc versu 1045 tam male continuata est, ut tota haec digressio ad versum usque 1358 mihi quidem ab interpolatore e seculo XII inserta esse videatur. Nam ultimis Reinardi verbis (v. 1044) rem actam non esse patet, itaque narratio male abrumpitur, et quae sequitur fabula, a reliquis facile distinguitur tum loquacitate tum rerum gestarum penuria. Jam enim sententiosum istud exordium (1045—1060) a mente antiquioris poëtae alienum est et interpolatorem ejusmodi contemplationibus gaudere, supra monstravi (lib. II. init.); tunc verò longa imprecatio dentium imprimis repugnat epicae carminis indoli atque in nonnullis locis ad ineptias usque labitur. Neque sibi hac in re constat interpolator, in novam abit digressionem, cum sub persona Reinardi (a v. 1108) libidinem habendi vehementius perstringat, ut adeo nec episcopo Tornacensi nec pontifici Romano parcat. Anselmus autem Tornacensium episcopus fuit ab anno 1146 ad 1149, pontifex Romanus ejus aequalis fuit Eugenius III, quem interpolator et alio loco (lib. IV. 1215 sqq. 1015 sqq.) ob avaritiam acerrime reprehendit, ut verisimile sit, illum pontificem et hîc vituperari. Quae cuncta Reinardum dicere minime congruit cum concinnitate antiquioris textûs, neque quisquam ineptam interpolatoris inventionem probaverit, qui gallam super rubeto exspectare facit, donec vulpes novo cum dolo revertitur, qui quidem haud minus ineptus est, cum corticem vel librum pro epistola velit haberi. Et idem exitus fabulae, qui praecedentis, homines canesque, qui Reinardum*

vix aliquis semper sapienter, et omnia nullus  
 quamlibet insipiens insipienter agit.  
 Reinardus, per multa sagax, cessavit in uno,  
 utile dum laxo dente reliquit onus. 1050  
 deposuit gallum pro nobilitate tuendâ,  
 fastus et utilitas non simul esse ferunt.  
 sed minus amissae tristis de sorte rapinae  
 quam de tam stolidâ credulitate fuit.  
 plus semel eludi, qui fallere callet avetque, 1055  
 quam decies simplex innocuusque dolet.  
 sed damnum reparare vafer spe fisus inani,  
 nulla palam tanti signa doloris habet.  
 scilicet ereptus laqueis, ne rursus eosdem  
 aut similes sapiens incidat, usque cavet. 1060  
 ille igitur similis laetanti fruge carentes  
 tendiculas aliâ calliditate novat.  
 protinus obliquo digressus calle seorsum  
 expertum credi, paxne sit, isse cupit.  
 dum graditur, veterem speculatur forte cothurnum, 1065  
 hunc rapit immerso dente, diuque premit;  
 fel rabidum solvens in saevas denique voces,  
 devovit dentes taliter ille suos:

---

V. 1047. sapiens B. — V. 1048. qualiter B. — V. 1053.  
 pro C. — V. 1054. crudelitate C. — V. 1065. veterem *deest* C.  
 — V. 1066. immenso C. —

---

*fugant et ejusmodi repetitio in singulis etiam versibus depre-  
 henditur (cf. 1042 cum v. 1065, 64). Postremo interpolator  
 in ipso Reinardi ingenio maxime errasse videtur, quomodo  
 enim vulpes credat, tam futili commento gallum a se deceptum  
 iri, qui paulo ante dolosissimum hostem expertus est?*

„o dentes Satanae, non dentes vulpis honestae!  
 vix scio, quid vobis imprecet atque velim. 1070  
 vos hebetate exterebret culicâ, quem compede forti  
 alligat invidiae nona Gehenna Satan.  
 concrepitate in putri corio!“ (ter namque quaterque  
 incussos dentes concrepere ipse dabat,)

„sic vos collidi, sic vos strinxisse decebat, 1075  
 subdita cum vobis carnea praeda foret.  
 taliter in pinguem gallum mordere negastis,  
 nunc veteres soleas rodite! gallus abest.  
 prendite! certe abiit, quidni? mordere nequistis,  
 mordendi gnaros ut sibi quaerat, abit. 1080  
 quid sperasse teri sub stultis dentibus illi  
 profecit misero? spes ea cassa fuit.  
 non licuit, vetuistis enim, quid debuit ultra  
 quam venisse rari? quam voluisse teri?  
 scilicet exspectandus erat, quoad usque rogasset, 1085  
 quatenus a vobis se sineretis edi.  
 ille, ubi vos segnes, ubi sensit stringere nolle,  
 esca abiit cupiens dentibus esse bonis.  
 imprimere edoctis, captique tenacibus, atque  
 morsuris subito, talibus ille favet. 1090  
 vos dentes fore? vos gallum mordere? meumne  
 amplius os tales dedecorare feram?  
 hiscere, non claudi, non stringere, solvere nostis,  
 hiscite jam quantum vultis! hiare licet.

---

V. 1070. imperer B. — V. 1072. gehana B. — V. 1086. *A*  
*versui subjungit signum interrogandi, quod missum feci, quia*  
*sine interrogatione ironia acerbior redditur.* — V. 1089. capi-  
 tique B. capitisque C. — V. 1092. hos C. —



hiscere nossetis, non forsán gallus abisset, 1095

jamque revertetur gallus, hiate bene!

si vos praenossem nil scire nisi hiscere tantum,

mansisset vestrum nullus in ore meo.

quid, quod eum vestri saltem non contigit unus?

ludibrium vobis non quasi praeda fuit. 1100

grator ei gratis vos non lusisse, relusit,

ludibrii dignam reddidit ille vicem.

dicite, velletis redúcem nunc stringere gallum?

lectio sat lecta est, ane legetur item?

plus valet emta semel, quam bina industria gratis. 1105

doctrix mordendi vos schola nescit adhuc.

non didicistis adhuc, at vos mordere docebo,

non ego, sed certe fida magistra famés.

quid modo nobilitas vobis defensa rependit?

nunc opus est vobis, quid dabit illa boni? 1110

nobilitas melior nostro recitatur in aevo

quam: „pater illius hic, illius iste fuit.“

mos faciendus erat, qui nostro tempore pollet,

secula plus damnum dedecore ista timent.

dedecus est unum, nam non est dedecus ullum 1115

praeter egestati supposuisse caput.

nobilis est locuples, ignobilis omnis egenus,

divitiae tutâ nobilitate nitent.

mors opibus natisque patres rapit, urnaque claudit,

convivunt vivis et dominantur opes. 1120

nobilitas veterum taceatur, nonne sepulta est?

---

V. 1095. ne C. — V. 1099. nostri C. — V. 1101. reclusit  
C. — V. 1103. non C. — V. 1109. nobis C. —

quaeratur vivis auxiliare genus.

hic pater heredi pondo centena reliquit,

rem patris hic duplo transiit, ille triplo.

quid mihi nobilitas, quae non jejunia tollit? 1125

census alit viles, census obumbrat avos.

denique gaza juvat pravo sub divite multos,

prodigus haud refert an sit avarus inops.

ergo homines sapiunt, periit respectus agendi,

dummodo divitias illaqueare queant. 1130

lucrum justitiae, lucrum praefertur honori,

nil nisi divitias non habuisse pudet.

fraus, labor, insidiae, perjuria, furta, rapinae,

bella, duella, cruces, ira, querela, minae,

proditio, caedes, ergastula, vincula, flammae, 1135

obsequium, laudes, fictio, dona, joci,

blanditiae, promissa, preces, injuria, jusque,

judicia, usurae, foenora, cura, favor,

quodque his adjicias, et quae contraria dicas,

omnia jucundi sunt alimenta lucri. 1140

omnia constabunt summis leviora duobus,

venit homo argento, venit et ipse deus.

primitus hoc populi decretum, denique cleri,

non modo pontifices, papa quoque ipse dicat.

piscator Cephas et Benjaminita magister 1145

fecissent eadem, sed sapere nihil.

innumeras marcas, animas piscantia paucas

reſia piscator coelicus iste jacet,

---

† V. 1123. patri C. — V. 1124. nomen *pro* rem C. — V. 1127. patruo C. — V. 1131. proferatur C. — V. 1136. loci C. — V. 1139. quaeque BC. — V. 1148. ista C. —

non curans homines meritis sed pendere censu,  
 plura locat dantes in meliore polo. 1150  
 tutus apostolicae contemnit frivola vocis,  
 archisophi Simonis forfice tondet oves.  
 Tornacum Romam studio virtutis in isto  
 transilit Anselmo praesule fausta polis.  
 interius vivo tornacus vellera pastor 1155  
 decutit ipse ovibus, decutit ipse capris.  
 o utinam foret ille meis ex dentibus unus!  
 mordendi legem fratribus ille daret.  
 ecclesias veluti leo septa famelicus ambit,  
 nil linquens nisi quod non reperire valet. 1160  
 dona, queat, nequeat, qui jusso parcus offert,  
 strictus obeditu mystica sacra tacet.  
 quot gerit hic dentes, quasi tot praedonibus horrens  
 vellera nequaquam rapta recesse sinit.  
 praevolat, et raperet, si posset, plura repertis, 1165  
 proh dolor, inventis tollere plura nequit.  
 hunc non posse modum rapiendi vertere plangit,  
 hoc solum praedae certus inesse nefas.  
 hunc ego pontificem vobis propono sequendum,  
 quid Claraevallis pannifer ille sapit? 1170  
 connectit paleas, nodum vestigat in ulvâ,  
 decoriat calclos, mulgeat ergo grues!  
 praesulis egregios mores imitaminor hujus,  
 qui rapit ut Satanas, utque Gehenna tenet.“

---

V. 1150. vel *pro* in C. — V. 1152. tondit BC. *sive lapsu calami, sive pro tundit, quod ineptum.* — V. 1157. loco hujus v. lacuna in B. — V. 1160. potest C. — V. 1162. strictius B. — V. 1164. capta recesse C. —

Dum ferus improperat dentes dementer hiasse 1175  
 neve iterum dubitent stringere prensa monet,  
 affore fagineus cortex spectatur ibidem,  
 ad formam chartae missilis atque modum.  
 non bene cessuro fidens Reinardus in astu  
 arripuit librum moxque reversus ait: 1180  
 „pax, Sprotine comes, juratur ubique locorum,  
 siste metum, tuti possumus ire, veni!“  
 replicat ille: „ratum est fortasse, sed ambigo paulum,  
 res nescit subitam rara movere fidem,  
 dicere tu nolles forsan, nisi nosse putares, 1185  
 sed quaecunque putas dicere certa cave!  
 unius ut fraudis deprenditur inclytus auctor,  
 postera credulitas curaque vocis obit.  
 credere quo plures optat sibi quisque loquendo,  
 hoc quidquid loquitur, firmitus esse decet. 1190  
 credendi faciles capiunt audita repente,  
 difficiles animos insuperata trahunt.“  
 „indice me,“ ille refert, „dubitas? ego dico tibi ipse,  
 dicere me certum, quod puto velle, putas?  
 ut de te taceam, frustrarer memet ego ipsum? 1195  
 tam mihi nativum quam trepidare tibi est.  
 inter jurantes egomet jurare rogabar,  
 vix spatium extorsi, dum comitere simul,  
 expectamur enim, cursim properemus oportet,  
 gressibus impavidis nos scio posse frui. 1200  
 aspice signatam, si non mihi credis,“ (et offert,

---

V. 1175. clementer C. — V. 1179. nondum cessura C. —  
 V. 1186. cuncta *pro* certa C. — V. 1199. cursum C. —



quam tulerat chartam,) „nuntia pacis adest,  
 nelebam monstrare tamen, quoadusque probassem,  
 an velles ultro credulus esse mihi.  
 et veluti credas, tibi me desisse favere, 1205  
 sic me nescio qua suspicione fugis.  
 accipe et hac in teste fidem scrutare, sodalis!“  
 taliter instanti reddidit ille vafer:  
 „laicus, ut nosti, sum gallus, nescio chartas  
 inspicere, et quaedam falsa sigilla ferunt. 1210  
 tu satis es verax, sed te fortasse fefellit,  
 qui bullam tribuit, terra repleta dolo est.“  
 callidus hîc credens astutum fallere, falso  
 bullifer objecit dura favore minax:  
 „baccharis, Sprotine Satan, mortem incidis ultro, 1215  
 vis vesane mori? quin resipisce miser!  
 curia si sciret, quod chartae credere nolles,  
 vix fierem vitae tutor ego ipse tuae.  
 audi versiculum perlectâ pace sequentem:  
 nolentes chartae credere theta trahit. 1220  
 istius edicti viget incassabile pondus,  
 charta tibi ostensa est et recitata palam.  
 si potes aut audes, procerum decreta refelle,  
 credideris, vives; rennue, curre mori!  
 si legere ignoras, at ne diffide relatis, 1225

V. 1210. quidam B. — V. 1214. lucifer C. — V. 1215. mor-  
 tis B. in *A scriptum erat morti, sed librarius hoc emendavit.*  
 — V. 1217. te chartae cr. nolle ratio linguae sibi poscit, at  
*sec. XII germanismus ille quod — nolles jam praevaluit, quod*  
*illis locis probatur, ubi acc. c. inf. restitui non potest, ut v.*  
 1237. 1245. — V. 1224. terre C. —

credetur coram vindice sero nimis.  
 in dominum peccat, qui servum audire recusat,  
 quid, dominus credi cum jubet ipse sibi?  
 crede mihi! jubeo baronum scilicet uni,  
 sub quibus haec pax est, par mihi praetor eris.“ 1230  
 fallere multiloquâ conantem fraude retundit  
 laicus hac cantor calliditate jocans:  
 „suspicio, Reinarde, perit mihi, vera videris  
 dicere, nimirum qualiter usque soles.  
 eminus in canum videor mihi cernere quendam, 1235  
 aestimo, quod multas viderit ille nives.  
 undecies denis plures barbae ejus Apriles  
 impendent, specta, sabbata quanta ferat.  
 illius a collo curvum, quae tibia fertur,  
 pendet, et est album, quod sedet ipse super. 1240  
 quin etiam nigri speciem pietatis habentes,  
 nec dubie dulces, ante retroque ruunt;  
 accelerant cursim, non nos fortasse requirunt,  
 sed velut huc agili strennuitate volant.  
 cernis, ut illorum quisque aestuat utque vaporat? 1245  
 nescio, quid rufi pendet ab ore piis.  
 vultus ut insontes notat, ut promucida blandos!  
 non agitat tales insita cura mali.  
 curia nonne potest hos pacis mittere testes?  
 nam, veluti pacem testificentur, eunt. 1250  
 quid nocet? exspecta! de pace rogentur, an illam  
 tantum compererint, anne jubere velint.“

---

V. 1229. baroni B. — V. 1230. pax — precor C. — V.  
 1239. cornu *pro* curvum B. quod C. — V. 1252. tantam C. —

Non fuit hoc vulpi nimis acceptabile verbum,  
 quattuor hîc numos non meruisse putat;  
 incidit affectus geminos, cui pareat, haerens, 1255  
 spe prohibente, metu praecipiente fugam.  
 „utquid ab externis,“ ait, „amens galle, requires,  
 quod nosti socio testificante ratum?  
 propositum pacis sicut cognosco, retexi,  
 forsitan et hi veniunt, ut fateantur idem. 1260  
 adjice, quod tibi sum chartâ quoque teste locutus,  
 claudicet ut nullâ suspicione fides.  
 utquæ nihil veri testetur charta, quod absit!  
 annua cras ingens, festa Machutus habet;  
 en comitante pari *nonam* modo clanga profestam 1265  
 tinnit, ut ipse audis, quid tibi tester ego?“  
 (et tunc forte duo, sed non ob id, aera sonabant.)  
 „efficiunt tutas festa verenda vias.  
 credis adhuc mecum securus pergere posse?  
 sed te non adeo diligit usque deus. 1270  
 namque inter proceres pacem jurasse mereri  
 nonne foret generi gloria magna tuo?  
 ergo ego paulatim saltus enitar in istos,  
 elogium pacis curia sanxit ibi.“

---

V. 1260. forsitan et hi venerint C. — V. 1264. macutus  
 BC. —

---

V. 1264. Machutus, *episcopus Hibernus inter sanctos re-*  
*latus est et colitur d. 15 Novemb. Appellatur a popularibus*  
*suis Mochudha vel Mochua, et auctor eum ridet, quæ ingen-*  
*tem nominet. Perstrinxit forte monachos Hibernos, quippe*  
*qui suos sanctos omnibus aliis praetulerint. Vid. quæ dispu-*  
*tavi ad lib. II. v. 941.*

Econtra Sprotinus ait gratanter, ut hostem 1275  
 astibus exiguis succubuisse videns:  
 „quin, Reinarde, mane! dum nuntius iste loquatur,  
 crediderim vanis nuntia tanta nolis?  
 tuque bene acciperes si mallet credere cupro  
 quam tibi? dum veniat nuntius iste, mane!“ 1280  
 hostis ad haec: „potius condensa fructecta revisam,  
 nam mihi nequaquam nota rogare libet.  
 conjuransque altae conscribar patribus aulae,  
 at te rusticitas dedecorosa premat!“  
 intulit elusor: „pax est jurata, comesque 1285  
 primatum pacis diceris, unde times?  
 tu mihi non metuenda times, et tantus haberis?  
 sta, miser, hîc modicum! protinus ibo simul.  
 venimus huc ambo, solus paterere reverti?“  
 taliter urgenti reddidit ille pavens: 1290  
 „juratam fateor pacem, Sprotine, fuisse,  
 sed nondum populis notificata patet.“  
 gallus item dixit: „juratâ pace vereris?  
 sed non est populis notificata, refers.  
 ergo per hos testes et te vulganda per ipsum est, 1295  
 hostis ob hoc forsân rex abeuntis erit.“  
 Chartiger agresti devictus turpiter arte  
 effatur timidâ talia voce rogans:  
 „ha, Sprotine, quid hoc, quod collo pendet ab alto  
 curvum portendit? res ea pace venit?“ 1300

V. 1275. ut pro utpote, si vero ut suo sensu accipis, tunc mutetur participium videns in tempus finitum videt; sed nullam lectionis varietatem hoc in loco reperio. — V. 1292. manet B. — V. 1300. cornu C. —



et canus, nigrique, doce, quid quaerere possint,  
 quorum dependens illud ab ore rubet.“  
 ille refert: „pax est primatibus agnita magnis,  
 quorum consilio fungitur aula potens,  
 sed conflare venit vulgares buccina turmas, 1305  
 quas accire negat curia docta rudes.  
 canaque collectis populis persona loquatur  
 decretum celso regis ab ore datum,  
 porro plebs hilaris compertâ pace viritim  
 transmitti regi dona venusta canes. 1310  
 quid me teste, miser, dubitas?“ ea quippe loquenti.  
 credere non audens bullifer infit item:  
 „si verum esse potest, Sprotine, quod asseris, esto!  
 ast ego in haec meditor ferre fructecta gradum,  
 et licet illorsum sit eundi parva cupido, 1315  
 ibo, velis, nolis; manseris, ibo tamen.  
 gallicule infelix, ut princeps inclytus ibo,  
 tuque in perpetuâ rusticitate manes.  
 forsitan hi pacem veniunt perhibere, quid ad nos?  
 nota foret nobis pax sine teste satis. 1320  
 nunc vero edictum pacis mora longa tenebit,  
 concio dum populi tota coisse queat.  
 sed quia consuescunt multos offendere multi,  
 saepe suos hostes turba gregata videt,  
 quod si pellicium alterius quis scinderet ante 1325  
 auditum pacis, tu quererere parum.  
 ergo, licet moreris, eô, mortemque mereris,

---

V. 1501. *hic v. excidit B.* — V. 1507. *loquetur B. loquuntur C.* — V. 1525. *ostendere multa C.* — V. 1527. *moreris BC.*

quod me nugosâ garrulitate tenes.“  
 Lusor ad hæc: „ergo remanè! venit aulicus hospes,  
 si qua tibi est in me causâ, sequester erit. 1330  
 emendabo libens aut excusabo, quid ultra?  
 praecipuis iras hostibus ista fugant.  
 nescio, post ubi me videas, dirimamur amici.“  
 vocibus his trepidans subdidit ille suas:  
 „non huc me procerum timor aut reverentia banni 1335  
 traxit, nec placita est hîc ad agenda locus.“  
 tunc sic impropersans hosti Sprotinus ovantè  
 respondit pavido: „turpiter ergo fugis!]  
 turpiter hinc certe fugis, ut vulpecula nequam,  
 et pervado meo corpore ego ipse tuum. 1340  
 nobilitas cecidit, si non contenderis istic,  
 pro qua te puduit rustica probra pati.  
 fur mihi tu deprensus abis, appello duellum,  
 si potes, hæc collo probra repelle tuo!“  
 intulit ille: „diem forsân spectabo locumque, 1345  
 quo defendendi suppetat hora mihi.“  
 Evolat inde ruens, ut qui non esse rogandos  
 cogitat, an possint accelerare, pedes.  
 post profugum ille alacer convicia clamat acerbe:

---

V. 1340. modo C. — V. 1341. recidit C. — V. 1342. re B.

---

V. 1339. ab hoc versu textum genuinum denuo incipere arbitror, et si conjecturae locus est, ita forte restituendus erit: turpiter hinc, Sprotinus ait, fugis, utpote nequam. Quod si hunc versum, et qui sequuntur ad finem usque fabulae, jungimus supra v. 1044, tum continuam orationem, tum sensum, ni fallor, habemus, qui optime congruit cum superiori illa narratione.

„heu mihi! quam foedum est curia passa nefas! 1350  
 jure suo regem spoliat Reinardus, abitque  
 liber, adhuc leviter consequeremur eum.  
 regis adeste, precor, proceres! accurrite cursim!  
 fur salit hîc, furem pendite! debet enim.  
 aut agite huc, si vos hunc taedet pendere, pendam, 1355  
 passus idem pater est a genitore meo.“  
 respicit ille parum, nil praeter currere curans,  
 laetior hoc quo plus inde remotus erat.  
 spem turbante metu, spe consolante timorem,  
 in via pensabat lance viasque pari. 1360

### FABULA III.

#### Isengrims Einkleidung als Mönch.

Et jam per casus nemorum anfractusque petrarum  
 cursio lassarat quatrividua vagum,  
 tempore nec tanto quidquam libasse ciborum  
 dicitur, aut pausâ se recreasse brevi;  
 congestoque simul cursusque famisque labore 1365  
 officium fessi deseruere pedes:  
 tunc primum remeasse canes, tutosque viarum  
 circuitus posito credidit esse metu.

---

V. 1353. adesse B. — V. 1354. cur - prendite B. — V. 1361.  
*A incipit literâ majori, BC nihil adnotant.* — V. 1363. quid-  
 cunque C. — V. 1365. congestoque A. comestoque C. —

---

V. 1352. leviter *pro facile, germanismus est, quo auctor  
 carminis saepius utitur. cf. infra v. 1454. 1838. I, 388. 591.*

- Postquam depulsâ potuit formidine liber  
 circumspectandi sedulitate frui, 1370  
 cujus ab incursu patruî defenderat agnos,  
 in campo quendam cernit adesse coquum.  
 utile multotiens sine damno impensa recurrunt,  
 Reinardo est probitas auxiliata semel.  
 quem coquus ut vidit jejunia longa viasque 1375  
 perpessum, tremulo paene labare genu,  
 pinguibus artocreas, quot lanx cumulata tenebat,  
 officii veteris pro vice donat eum.  
 ignotum est, ubi forte suum quis viderit hostem,  
 Reinardus sollers praemeditatur idem. 1380  
 octo reservat edens reliquas, capitique coronam  
 postulat irradi, rasmus it atque satur.  
 artocreasque ferens, patruum si viderit, ipsum  
 cogitat oblato pacificare cibo.  
 mos illius erat quaecunque tulisse dolentis 1386  
 irarum viso non meminisse lucro.  
 nec fortunâ animum praecustodita fefellit,  
 obviat in mediis saltubus ille seni.  
 Isengrimus ovans, conspecto longius hoste,  
 quanta recalfacto gaudia felle gerit! 1390  
 euax saepe tonat saliens, mox vero resistit,

---

V. 1369. *hîc fabula incipit in B. et hoc argumentam additur*; sequitur XII exemplum, quomodo Reynardus obviavit cuidam coquo, qui dedit sibi artocreas et Ysengrinus gustavit de illis et factus est monachus, et tenuit locum cujusdam sacerdotis morituri qui fuerat custos ovium, et postea redarguit officia in monasterio et coquos, qui coquebant carnes, eo quod libentius eas comedebat crudas et eas meliores esse dicebat. — V. 1385. alius C. —



et victus placidae clamat odore dapis:  
 „quo, Reinarde Satan? quis te faustissimus istuc  
 (vivere si scirer, sed sciar!) error agit?  
 procide! ne certe noceat protractio mortis, 1395  
 accipies subitam, non patiēre necem.“  
 irruere aspiciens patruum sibi nolle repente,  
 Reinardus victum novit, et orsus ita est:  
 „patrue, tam fandi quam congruit ordo silendi  
 fratribus, ut mandat regula, disce loqui. 1400  
 Reinardus Satanus non sum, sed dicor, ut exsto,  
 Reinardus frater, dicere mitte „Satan.““  
 nonne vides hinc signa mei certissima voti?  
 frater ego, hoc produnt hinc cibus, inde caput.  
 aspice, quā sapiat, nostri cibus ordinis iste est, 1405  
 aspice!“ et artocreas eminus ipse rotat,  
 quas cadere in terram prohibens cum lance volantes  
 praeripit, et nullā masticat ille morā.  
 sed quo tipsanas dentato femina ligno  
 inverrit dentes dentibus ipse modo. 1410  
 et collisa semel moluisse minutius illum  
 polline triticeo vasque cibumque ferunt.  
 glutieratque prius, quam se libasse putaret  
 fercula, per latam praecipitata gulam.  
 admirans igitur veluti spectabile monstrum, 1415  
 quod sibi contigerat, talia laetus ait:  
 „in somnis, Reinarde, sumus? phantasmate rerum  
 fallimur, an vera est res, quasi vana tamen?“

---

V. 1394. sciret B. satiar C. — V. 1396. vocem C. — V. 1405. quid C. — V. 1415—18. erasi sunt in C, pauca tantum verba legi possunt. —

dulcia nescio quae mihi jacta fuisse recordor,  
 jactaras equidem, quis mihi jacta tulit? 1420  
 atque huc dicendo circumspiciebat et illuc,  
 nescius in barathro vincta jacere suo;  
 adjecitque: „ego jacta videns prensurus hiabam,  
 atque fere labiis presa fuere meis;  
 evasere tamen, quorsum volitasse putentur? 1425  
 nam, nisi dormierim, jacta fuisse liquet.  
 intus adhuc aspirat odor, quem faucibus hausit,  
 sed miseri dentes nil habuere boni,  
 infortunati ceperunt aëra dentes,  
 proh, satis atque ultra rebar hiasse miser, 1430  
 inglutisse solum, ventusne efflata tulisse  
 credatur, dubito, sed periere mihi.  
 quaere, sit hoc, in quod quierint cecidisse foramen,“  
 (quaerere quaerebat,) „scilicet ipse veni!“  
 Stans procul ille refert, monachus quasi tangere segnis,  
 mansueti metuens ora redunca senis: [1435  
 „patruæ, non clare video, fumosa culina  
 obfuit, et calidus lumina nostra vapor.  
 denique quid prodest, ubi non cecidere, requiri?  
 in rictus recolo jacta fuisse tuos. 1440  
 nonne tibi dentes vehemens immorsus edendo  
 ferculaque oblisos dura cavasse queunt?  
 quamlibet in cryptam camerati lapsa molaris,  
 perdita quae quereris, delituisse reor.  
 dividos dentes interflua lingua pererret, 1445

---

V. 1420. jacturas B. — V. 1423. pransurus C. — V. 1444. non pro quae C. —

obliqua illambens scrupula quaeque proba!<sup>6</sup>  
 reddidit ista senex: „amissa perisse feramus,  
 post strepitum sero porta pudenda coit.  
 pristina pensentur profectu damna futuro,  
 frater, ubi his epulis vivitur, esse velim. 1450  
 nil me terret ibi, nisi lex imposta vorandi,  
 quod solet illabi leniter esca nimis;  
 nil faciunt dentes, hiscant, cibus incidit ultro,  
 tamque exit leviter quam patienter init.  
 sicque fit, ut venter persistat semper inanis, 1455  
 relligio vacui pessima ventris erit.“  
 „patrue,“ subjecit monachus, „depone querelam,  
 quamvis fluxa vorent, usque vorare licet,  
 usque vorare quidem,“ — his dictis ille subinfert:  
 „ha, Reinarde Satan, ut profiteris, edunt? 1460  
 sufficiens uni saltem datur esca duobus?  
 non oberit parci dentibus, usque vorem.“  
 intulit his frater, quasi quaedam dicta retundens:  
 „patrue, deliras, dicar ego usque Satan?  
 frater es ipse fere, fraternis utere verbis, 1465  
 nec timeas praeter posse vorare parum.  
 sufficienter edunt omnes, sed dulce canentes  
 praecipue, satis est unius esca tribus.  
 tu cui, si velles cantare, imitabilis esses?  
 expensam duplicem vox tibi pulcra daret. 1470  
 ne vox notitiam tollat suppressa, canentis  
 erige clamosae faucis ad astra melos.“

V. 1446. oblique BC. — V. 1448. crepitum C. — V. 1465.  
 usque B. — V. 1470. mox — pulcram C. — V. 1472. clamose  
 fantis C. —

laetus ad haec senior: „nisi memet nescio, frater,  
 cantorum nulli blandior, aequa refers.  
 hunc mihi, qui nunc est, usum deus annuat illic, 1475  
 ultra speratum cantor herilis ero.  
 inveniam nullum fratrem, cui latius hiscant,  
 guttura, vel cujus clarius ora sonent.“  
 tunc alacer Reinardus ait: „quod saepe poposci,  
 patruae, cerno, tibi regula sacra placet. 1480  
 nil igitur restat tibi nunc nisi dicere, cujus  
 officii malis esse magister ibi.“  
 Isengrimus ad hanc submittit lumina vocem,  
 verbaque respondet qualia corde tenet:  
 „frater, ego officium postremae vindico sortis, 1485  
 scis bene, cur teneat Lucifer ima nocens.  
 dum meliore loco me provehat agnita virtus,  
 lixa vel opilio comiter esse feram.  
 nunc quae claustra petam, refer, et praefinge coronam,  
 nec qua perfidiae suspicione fuger.“ 1490  
 continuo jussus Blandinia claustra subire,  
 vadit ad usque aurem tonsus ab aure senex,  
 et facile est intrare datum, sed triste reverti.  
 omnibus intrando dat recipitque „vale!“

---

V. 1480. certa *pro sacra C.* —

---

V. 1476. herilis, *germanismus est a voce herrlich, meisterhaft, quem auctor aliis quoque in locis admittit, e. g. III, 944. IV, 674. II, 1042.* — V. 1491. Blandinium appellabatur monasterium S. Petri, quod S. Amandus anno 610 Gandavi condidit. Carolus V imperator anno 1540 monachos ejecit, et monasterium in arcem munitam convertit, quae hodie quoque exstat. —



dat commune *vale*, nondum *benedicite* doctus 1495  
dicere fraterne, discere coepit ibi.  
vota relata placent, admittitur, atque professum  
continuo fratrem sumta cuculla tegit.  
Rumor is undenos abbates traxerat illuc,  
in quibus abbatum Lucifer unus erat. 1500  
[nomine vel numero unus erat, sed nullus eorum  
vivendi studiis et pietate manus,  
quo super Egmundi fratres abbate beatos  
jus viget, augescit census, abundat honor.  
gaza venit cumulo, cumulataque prostat honesto, 1505  
et reditura datur, dandaque dupla redit.  
„da dabiturque tibi,“ sapiens intelligit abbas,  
certus id implentes fallere nolle deum.  
recta malos quam nosse piget, tam dicere taedet,  
at mihi recta quidem nosse, loquique libet. 1510  
hoc alios inter refert abbas et istum,  
fas rapere est aliis, huic retinere nefas.

---

V. 1502. hostiis B. — V. 1505. praestat B *male*. — V. 1508.  
adimplentes C. —

---

V. 1501. Quae hinc sequuntur ad v. usque 1584, addita sunt ab interpolatore seculi XII, nam Waltherus abbas Egmondanus erat ab anno 1130 ad ann. 1161. Haec digressio laudatoria eandem indolem refert, quam in reliquis fragmentis, ab interpolatore insertis, reperimus, cf. II, init., sed praeterea hinc aliquam partem vetusti carminis suppressisse videtur, nempe ritum dico inaugurationis vel congratulationem abbatum, quos ille rumor attraxerat, namque v. 1585 non bene adjungi potest v. 1500. Omnes codd. v. 1499 majusculâ literâ inchoant, ut jam ab hoc v. interpolatio incipere videatur; quod nullus dubito, nam mentio Luciferi e versu 1486 repetita esse potest.

quos rapuisse pudet, lappas imitantur et uncos,  
 ut dubites, aliâ stirpe fuisse satos.  
 o famosa viri famâque industria major! 1515  
 percurso similes vix habet orbe duos.  
 paupera claustra patres opibus fecere retentis,  
 undique diffusis hic opulenta facit.  
 praedia quid clament, ipsa ornamenta luerunt,  
 perditaque hic redimit, plurimaque addit adhuc. 1520  
 implet in hoc et in his dominus promissa minasque,  
 perdet egenus, et est plus habiturus habens.  
 hi sibi deficiunt, multis satis iste sibi que est,  
 rebus egent parci, largus is auget eas.  
 hi perdunt clausas, hic, quando excludit, adunat, 1525  
 hi tentis inopes, affluit iste datis.  
 pellit utraque manu gazas, pulsaeque recurrunt,  
 quotque viro redeunt, dividere ipse nequit.  
 cujus si refici positis virtutibus ardes,  
 haec est eximii secta verenda viri. 1530  
 se facere afflatu medium, tractare perite  
 seria causarum, reddere quaeque suis;  
 conciliare iras populi, fraenare tyrannos,  
 non curare minas, blanditiisve capi,  
 non pretio flecti, non inclinare favori, 1535  
 volvere multa, loqui pauca, silere diu.  
 personas dirimit meritis, non ponderat aere,  
 recta docens, eadem, quae docet, ipse gerit.  
 illius haec mundus, deus autem cetera novit,

---

V. 1515. lapsas B. — V. 1523. his B. — V. 1525. produunt  
 B. — V. 1531. perire C. — V. 1539. hic C. hoc B. —

auditis paucis pluribus adde fidem. 1540  
 Talibus ornato comitem deus addidit unum,  
 quem Lesburna cupit non petere astra cito.  
 hunc tibi, dignus enim est, hunc unum admitte sodalem,  
 rudereâ reliquos cum strue verro foras.  
 pace tuâ, Galtere pater carissime, tester, 1545  
 non poterit tanti te puduisse paris.  
 ille tuis aliquid virtutibus adjicit in se,  
 optima cum facias, adjicit ille tamen.  
 impresso nimis ungue, pater, tu singula linans  
 abbatem immodicâ te gravitate probas. 1550  
 utquid fronte riges? utquid sermonibus horres?  
 cur mihi non rides? nil mihi dulce refers?  
 largum laeta decet faciès, et lingua suavis,  
 ne rear iratum dona dedisse mihi.  
 solius ergo tenes exempla Catonis, at ille 1555  
 fit vicibus certis Tullius atque Cato.  
 utraque digna gerente abbate remissus et asper  
 ambulat alterutram sed sine labe viam.  
 quos se commansore fovet, quos hospite donat,

---

V. 1545. teste B. — V. 1547. addidit B. — V. 1548. addidit B. — V. 1550. in modicâ B. —

---

V. 1542. Lesburna est monasterium Lisborn in Westfalia ad Luppîam fluvium, cui Baldwinus abbas ab anno 1150 usque ad annum 1162 praefuit. Ex nomine fere conjiciam, Baldwinum natione Belgam vel Batavum fuisse, cum hoc nomen proprium apud Saxones rarissimum, apud Belgas usitatissimum esset. Inde conjicere licet, interpolatorem et abbatem cum populares tum familiares fuisse. Baldwinus primus Lesburnae abbas fuit, neque inentio illa in alium quadrare potest.

hos necat egrediens, hos beat ipse redux. 1560  
 aspera sic laetis privato intercalat astu,  
 ut nihil accuset livor, amorve tegat.  
 tu quoque ne qua tuae probitati portio desit,  
 exhilara frontem, dic sine labe jocos!  
 debes ecce deo, debes mihi, solve vicissim, 1565  
 tam sua vult caesar, quam deus, ambo ferant.  
 Haec duo virtutum deus exemplaria mundo  
 reddidit, ut reyocent, quas pepulere pii;  
 scilicet hinc jactas superae ad penetralia pacis  
 prolibus aeruminis hîc vetuere premi. 1570  
 hi duo virtutes peccasse videntur in ipsas,  
 quas a pace, dei rursus ad arma trahunt;  
 quas graviora adeo toleratis bella fatigant,  
 secula quam priscis saevius ista furunt.  
 sed quibus huc redeunt vivis, auctoribus îsdem 1575  
 de medio comites astra sequentur item.  
 his coram trepidanto alii, profugique latento  
 post arcam, pudeat nominis atque loci.  
 nec modo se ignaris sese juranto vocatos  
 abbates, sed nec sponte fuisse suâ. 1580  
 vivite quaeso diu, praeclari vivite patres!  
 vivite subsidio pluribus atque mihi!  
 ut sit sufficiens onerato sarcina collo,  
 addite me, in tanto fasce gravabo parum.] —

---

V. 1560. vetat C. — V. 1561. intercolat B. — V. 1568. quas,  
*scil. virtutes.* — V. 1569. jactas *i. e. virtutes.* — V. 1572. et B.  
 — V. 1574. sevis et B. — V. 1575. sic C. — V. 1577. trepi-  
 dante B. profugitque latendo C. — V. 1579. jurante B. — V.  
 1581. praeclara B. —



Isengrimus erat frater, dudumque sepulti 1585  
 sumere presbyteri poscitur ipse locum.  
 ille rogat, quod opus soleat patrare sacerdos?  
 pascere herbices, ane parare dapes?  
 at typice fratres ovibus dixere tuendis  
 praefore presbyterum, paruit ille libens. 1590  
 continuo *dominus vobiscum* dicere jussus  
 Isengrimus ovans: „*cominus*,“ inquit, „*ovis!*“  
 et cum teutonice accentu succlamat acuto,  
 nolens grammaticâ dicere voce, „*veni!*“  
 compererat crebro scaldeas ille bidentes 1595  
 non nisi teutonicos edidicisse modos,  
 quas ad concilium mandatas voce latinâ  
 convicit simili non bene nosse loqui,  
 duraque nullorsum jactans in vincula, donec  
 grammaticam scissent, pertulit ire reas. 1600  
 claustricola hic ideoque pius, qua noverat illas  
 fungi, teutonicâ voce venire jubet.  
 dumque docent *amen*, quasi graecum accentuat *agne*,  
 pars illum melius dicere nosse negant,  
 pars ultro dixisse ferunt; strepit undique murmur, 1605  
 verba, quid hic monachus cogitet? ante notant.  
 hic tondere gregem studet intra vellera frater,  
 tollere quod lanam non sapit, iste parat.  
 dissimulat, fraudem non alterat altera vestis,  
 non habet ut spondet nigra cuculla fidem. 1610  
 Murmure comperto, socios non vera putasse  
 insinuans monachus convenienter ait:

V. 1595. bibentes C. — V. 1605. animum C. gratum BC.

Rein. vulp.

„fratribus ut caris assensi, nempe rogatus,  
 presbyter ut fiam, non prior ipse rogans,  
 presbyter, ut credo, non optassetis ut essem, 1615  
 ni dignus tanto noscerer esse gradu:  
 ergo ovium pastor quia dicitur esse sacerdos,  
 praetaxo officii sacra gerenda mei.  
 presbyter idcirco quia sum pastorque futurus,  
 ante saluto meos elicioque greges, 1620  
 ut pastoris oves, oviumque attendere pastor  
 indubiâ possit cognitione sonum.  
 ne dubitate meae sub conditione salutis.  
 credere servandas, mancipo fidus oves.  
 explorete fidem, quam vobis spondeo, fratres, 1625  
 ars mea quod fertis grande levabit onus.  
 sim licet a silvâ rudis, et quasi frater agrestis,  
 doctus in hoc ego sum, vosque docere queo.  
 ut meditor, sic dico, licet bene multa geratis,  
 non habet arbitrium regula tota meum. 1630  
 arguere aestivum post prandia nolo soporem,  
 quodque tenet sanctus tempora longa canor.  
 ver, aestas, autumnus, hiems, aut carmine vellem  
 unius aut possent lege soporis agi.  
 has autem meliore dapes abolebimus usu, 1635  
 artocreas nimium creditis esse bonas.  
 artocreas utero limphamque infundere cribro  
 propositâ refert utilitate nihil.  
 vixque quot artocreas ambiret follis ovinus

V. 1616. indignus C. — V. 1622. frui pro sonum B. — V.  
 1631. volo BC. — V. 1652. canon B. — V. 1658. propinata B.

viginti solidis posse videtur emi. 1640  
 septenae fortassis oves hoc aere parentur,  
 cur igitur pluris vanior esca noto?  
 artocreis cumulate mihi coria octo bidentum,  
 omnibus ebibitis vix tetigisse putem.  
 nam deus his nunquam dentes insevit edendis, 1645  
 ut notus in ventrem, pandite labra! volant.  
 quod si quinque ovium det nostri cuique diatim,  
 coena duas, totidem prandia, nona suam:  
 tunc taedere sui non occidit ardinis ullum.  
 viscera ventoso ne temerate cibo! 1650  
 sunt solidi dentes, quid aquis vescantur et aurâ?  
 gaudet carne caro, dentibus ossa placent.  
 gangaque pro foeno lanam constrata suavem  
 accipiat, foeno est non spolianda bidens.  
 legitimi ferimur, nullum spoliemus oportet, 1655  
 sic sit, ne titubet qualibet ordo sacer.  
 denique nostrarum ne fiat abusio rerum,  
 nunc, quae praecipue sint facienda, loquar.  
 qui minus oblato fuerit convictus in alvum  
 trajicere, auriculas cauteriatus eat; 1660  
 inque duas partes praebenda soluta secetur,  
 quas probat aequato pondere rectus apex,  
 ut lepidus frater, stomacho venerabilis amplo,  
 pauperiem biduo suppleat inde suam.  
 consilium fratres quis vobis tale dedisset? 1665

— V. 1640. nosse: C. — V. 1642. populis C. variior B. — V.  
 1645. cumulare B. — V. 1647. debet vestri C. det, *supple:* "ordo  
 e v. 1649 vel regula. — V. 1558. sunt BC.

res variae, quanti sit sapuisse, docent.  
 tempora contentus quaestu transire diurno,  
 non studui magnas condere cautus opes.  
 non vestra intererit confratres pauperis esse,  
 consilio solvam, quod dare cista nequit." 1670  
 Consilium cupidi fratris pavescerat omnes,  
 sicque refert abbas, verba referre parat:  
 „pendula signa sonant.“ canturas nocte sequente  
 personas puero vix recitare vacat.  
 Isengrimus in his frater, cui clarior aetas, 1675  
 sortitus decimâ est in statione vicem.  
 ille putabat oves dici responsa necandas,  
 octo quater malens quam jugulare novem.  
 sed geminis numerum cantorum sensibus aptum  
 credens, fert dubiâ mente refertque vagus. 1680  
 cogitat apponi tot fercula nocte solere  
 fratribus unius tempore danda cibi,  
 quot puerum audierat legisse, et lecta profecto  
 cantorum fuerant nomina trina quater:  
 seu quotiens idem signaverat esse canendum 1685  
 cantorum numero testificante puer,  
 accitis totiens iterari fratribus esum,  
 qui melior longe mos foret atque sacer.  
 spe meliore tamen mox audet utrumque futurum  
 credere, quo fieret regula firma satis. 1690  
 plura die sperans ac saepius esse voranda

---

V. 1666. *vel varie, praetuli variae, quod lupus regulam  
 sane diversam et variatam proponit.* — V. 1675. *pandula B.* —  
 V. 1682. *tempora B.* — V. 1684. *terna A.* — V. 1685. *ipse pro  
 idem B.* — V. 1690. *valens pro satis B.* —



fercula, dum somnus rarior esse solet.

„quidquid,“ ait, „jubeor, fratres, implebo, libensque  
 responsum decimum quindecimumque canam.  
 tardus obedierim, totiens ubi nocte quoque estur, 1695  
 felicemque uterum fercula tanta replent?

gemma sit abbatum, qui primus sanxit in orbe  
 tale cuculliferae religionis onus.

ha miseros homines! quos talis regula terret;  
 qui dubitat, dubitet, non revocabor ego. 1700

nunc certe video, quia me deus egerit istuc,  
 nunc scio me junctum fratribus esse bonis.

ter tantumque die libanda cibaria rebar,  
 quadruplicem hunc numerum nocte dieque datis.“

Interea ridens coetus surrexit et ibat, 1705  
 quippe diu signum tinnula vasa dabant.

exclamans monachus: „revocatis taliter?“ inquit,  
 state parum, fratres, optima labor adhuc.

ne quid deficiat virtutis in ordine nostrae,  
 edicam breviter digna vigere diu. 1710

vos ego miror, opes quas expetit aequoris usus,  
 cocturis epulas evacuare focis.

scite meum genus hoc nunquam curasse, sed omnis  
 cruda solet plus quam cocta juvare caro.

primitus, ut coctas spoliarent unguine, lixae 1715.  
 versuti carnes instituere coqui,

at nunc relliquias, inflati corda rapinis,  
 dignantur dominis vix adhibere suas.

---

V. 1692. somnis B. parior i. e. parciore C. — V. 1702.  
 vinctum C. — V. 1709. nostro, omnes, sed in A. emendatum  
 est ab eadem manu nostrae. — V. 1715. omnes C. —

elicit ergo adipem coquus, aridiorque trilustri  
     caseolo infaustum strangulat esus herum.      1720  
 scit sapiens paucis, quorsum sententia tendat,  
     sponte meâ nullum, qui mea tollit, amo.  
 ligna, focum, patinas, cacabos, ollasque coquosque  
     in sua projiciat posteriora Satan.  
 quod quibus expendi solet aes, et inania frugis,      1725  
     plurima quae sperant arte locate meâ.  
 thuribula, et calices, et clangas, scrinia, capsas,  
     candelabra, cruces, ostra, tapeta, libros,  
 omnia nos faciamus oves, crudasque voremus,  
     optima ne pereat pars rapiente coquo.      1730  
 cumque oyibus constanter oves epulemur ovesque,  
     vellem, quidquid habet mundus, ovile foret.  
 vos etiam excipio non clare, ignoscite, fratres,  
     me solum excipio, cetera nulla quidem.  
 me sibi non favisse putant monstra inscia veri,      1735  
     falluntur, quotiens cernor adesse, dolent.  
 sit durum, sit mellè quidem, nisi profore vellus  
     dentibus insolitum, diligo quidquid habent.  
 quid vero typicat, quod non mihi vellera prosunt,  
     me nisi lanificâ non fore matre satum?      1740  
 non mea me mater calatho incunavit iprensi,  
     quid genus et referam? nonne probabo fide?  
 septimus a magno dicor quater esse Lovone,

---

V. 1720. caseolo B. — V. 1735. vos etiam excipio, cetera  
 nulla quidem B. *ex errore librarii distichon in unum penta-*  
*metrum correptum est.* — V. 1741. calatho B. intimavit C. —  
 V. 1642. fidem B. — V. 1643. leone B. lenone C, *quod leone*  
*vel levone legendum est.* —

viscera cui fudit sus, sua fusus ei.  
 illud in hebraeis, in graecis, atque latinis 1745  
 codicibus scriptum, mundus ubique legit.“  
 concio tota iterum risit, fratremque locutum  
 omnia silvestri simplicitate ferunt.

## FABULA IV.

### Reinhard's Zwischenspiel.

Interea duro Reinardus liber ab hoste  
 partis ad obliquae devia flectit iter, 1750  
 invisumque larem subit, Isengrimus ubi ingens  
 a quater undecimo lustra tenebat avo.  
 Isengrimigenas lupulos invenit in antro,  
 parte aliâ gemitus hospita lassa dabat.  
 tunc sic: „quo, lupuli, vos ortos patre putatis? 1755  
 quove ierit pater hinc? sciscitor,“ hospes ait,  
 „et quando rediet, vel quando rursus abibit,  
 dicite, sum verax, dicite vera mihi.“  
 respondent lupuli: „nos ludere nolumus ullum,  
 Isengrimigenae dicimur atque sumus. 1760  
 en cubat ex nobis quos est enixa recenter  
 mater, adhuc etenim languet, ut ipse vides.

---

V. 1745. et graecis BC. — V. 1746. scriptis C. *interpunctionem cod. A secutus sum; si scriptum pro substantivo accipias, virgula delenda est. Haud interest, quid praeferatur.*  
 — V. 1749. B haec habet: sequitur XIII exemplum, quomodo Reynardus visitavit patruales suos, filios Ysengrini, et quomodo delusit matrem. — V. 1752. undeno B. — V. 1754. laxa B.

at pater ipse cibum perrexit quaerere nobis,  
 mane revertetur, vespere perget item.  
 at tibi, si quid habes genitori dicere nostro, 1765  
 quisquis es, o senior, lar patet iste, sede!“  
 replicat hostis: „et haec patuit mihi gratia, vobis  
 quam primum ut cupio notificarer ego.  
 o quam felici vos edidit omine mater!  
 ne careat fidum posteritate genus. 1770  
 maturus pater est, nec longum posse putatur  
 vivere, vos eritis quod pater ante fuit.  
 huc ego cum graderer, flebant vervexque caperque  
 de breve victuri debilitate senis.  
 sic rogo vos, damnum patris pensate sepulti, 1775  
 vos formâ similes, moribus este pares.  
 hortabor, ne triste patrem senuisse querantur,  
 ante suam genuit pignora fausta necem.  
 me caper et vervex anserque errare timebunt,  
 cum vos usuros dixero lege patris. 1780  
 quod vos laudarim frustra, dubitantibus illis,  
 obsecro, ne possint improperare mihi.“  
 tunc sua crura levans et utroque foramine largus  
 intulit: „hoc mixtum est, nonne suave sapit?  
 sugite, dilecti patruelles, sugite, vobis 1785  
 traditur haec, natis mulsa retenta meis.  
 non me subsidium vobis impendere taedet,  
 vos estis patruui pignora cara mei.  
 pro patris obsequio, quod non permitterer illum

---

V, 1767. hoc A. — V. 1785. surgite BC. forte primo in loco legendum est surgite, altero sugite. —



poscere, si praesens esset, habete meum.“ 1790  
 Ingemuere illi, gemitûs quae causa requirens  
 mater ut agnovit, prosilit aegra licet,  
 procurritque foras, sed spe privata sequendi est,  
 aspiciens hostem praecelerasse nimis.  
 „cur ergo,“ inquit, „amice, paras, sic currere furtim? 1795  
 non sequeris morem, tu meus hospes eras.  
 turpiter hospitii grates furatus abisti,  
 hospita te revocat, fare, resiste parum!  
 ante mihi gratans et commendatus abito!  
 nuntiaque affectus basia sume mihi!“ 1800  
 ille precans: „hera, suffer,“ ait, „me solvere sero,  
 foenore solvendi conciliabo moram.  
 exieram minctum et redeo“ (simulatque redire,  
 iratam cupiens elicere arte lupam,)  
 „nilque,“ inquit, „pecasse reor, cur debeat obdi 1805  
 porta mihi, culpae conscius esto pavens.“  
 illa intro properans latitat post ostia sollers,  
 ante domo natos interiore locans,  
 ad quorum stratum Reinardo introrsus eunte  
 cogitat insidiis anticipare fores. 1810  
 hostis idem meditans fieri potuisse, minatur  
 incursum, calcans limina, seque refert,  
 et dominam grassans coeno impetit atque lapillis.  
 non patitur fraudem dissimulare dolor,  
 exilit illa furens, ille expectare sequentem, 1815  
 comprehensu facilis, si voluisset, erat.

moxque cucurrisset velocius illa, sed inde  
     munia non longe, quae peterentur, erant.  
 Sublimis scopulus cono petit aethera, quantum  
     it spatii fundâ parva rotante silex; 1820  
 hinc rupis strepitus per saxa tenentia frustra  
     serpere nitentis dulce susurrat aquae,  
 illinc florifero vultu blandissima tempe  
     hospitium proprio ver sibi jure dicat; †  
 ante jacet nullâ tortus vertigine trames, 1825  
     post avium vario silva canore sonat.  
 munia panduntur geminis adeunda fenestris,  
     sed major gravidâ vulpe subire nequit.  
 per septem cubitos intrato limine primum  
     ducit inoffensos semita plana pedes, 1830  
 ulteriusque utrobique aditum nitentibus intro  
     ter gradibus denis scansile praebet iter.  
 congrandis furno testâque rotundior ovi  
     lar mediastinâ planus in arce sedet.  
 intus olent dulces diversi nectaris herbae, 1835  
     frondeaque implexum fulcra cubile dabant.  
 huc rapido cursu fugiensque fugansque ruerunt,  
     ille sui leviter pervolat ora laris.  
 dum temere illa sequens arctum nimis incidit, haesit,

---

V. 1819. ceno B. *quam vocem librarius nomen proprium habuisse videtur.* — V. 1821. ruptis B *post rupis A colon ponit, et post illinc v. 1825. scholiasta adscripsit rupis, itaque adverbium illa cum genitivo construuntur germanice: dies- und jenseit des Felsens.* — V. 1826. *A verbis ante et post puncta subjungit, ut advertat lectorem, castellum illud ab omni parte describi. Auctorem tam accurate situm loci indicasse, non sine ratione singulari factum puto.* — V. 1834. palmis B. --

nec proferre potest nec revocare gradum, 1840  
nec magis in latum remeat, quam prodit in arctum;  
janua sic captum stringit adacta canem,  
sic haeret cuneus, qui decipiente relictus  
malleolo, nondum roborata tota fidit.  
[spe modici fructus in maxima damna salitur, 1845  
dum mala non astu praeduce vota ruunt.  
dum stultus temere petit hostem, traditur hosti,  
absque modo noli quaerere, quidquid amas.  
quod quaeris, potius quam te quaesitaque perdas,  
quoslibet ad ludos est sapuisse bonum. 1850  
praeteriit stultus magno quaesita labore,  
atque eadem sapiens absque labore tulit.  
non bene conveniunt stultus simul atque dolosus,  
subdolos incautum ducit in omne malum.  
dum cadit in laqueum stultus ducente doloso, 1855  
ludus inaequalis luditur inter eos.]  
Ut videt haerentem nullo luctamine solvi  
posse, per oppositam desilit ille forem,  
et male compatiens incommoda tanta ferenti,  
in faciem miserae ludicra probra jactat; 1860  
circumquaque salit, gestu sua gaudia testans,  
ut magis haerentis cresceret inde dolor.

---

*V. 1856. hi duodecim versus a 1845—56 ab interpolatore sec. XII. inserti sunt, ut sua ratiocinatione forte obtegeret obscenam quae sequitur fabulam, et quae hoc in loco deprehenditur diversitas mss., similem rationem prodit, nam librarium codicis A obscenos versus ejecisse vel erasisse, eosque rescriptis illis sententiis obliterare voluisse, satis quidem clarum est. Verum sententias illas media in re frigide esse interpositas, ut vix auctoris esse queant, equidem sentio.*

atque parum curans patruelis foedera lecti  
 assilit in fixam pronus adulter heram.  
 „alter,“ ait, „faceret, sed non ego, rectius ergo 1865  
 hoc ego, quam furtim quis peregrinus agat.  
 si consanguinei minor est externus amore,  
 sum generis serie proximus atque fide.  
 clareat obsequio pietas mea, nolo quis ausit,  
 sospite me, patrum zelotypare meum. 1870  
 at tu, domna, subi tectum, quasi vincta quid haeres?  
 hospitis hîc mores experire boni.“  
 illa jocum cupiens: „Reinarde, facetius,“ inquit,  
 „publica quam de te fama fatetur, agis.  
 si tibi, qualis inest industria, robur inesset, 1875  
 verna penes dominas asserere probus.  
 vix egomet cogenda tuos intrare penates,  
 janua si paulum latior esset, eram.“  
 [gavisam scriptura refert his lusibus illam,  
 et moechum patrum zelotypasse suum.] 1880

---

V. 1863—80 *desunt in A, vv. 1853—63 et v. 1881, qui his subjungitur, a manu gallicâ rescripti sunt alio atramento. Qui antea hoc in loco scripti erant versus, ita plane deleti sunt, ut eos restituere non potuerim. a v. 1882 manus prior pergit. C defectum complet, solummodo vv. 1861, 62 separati sunt versibus 18 interpositis. — V. 1864. pravus B. — V. 1865. hoc alter faceret B. — V. 1866. agam B. — V. 1867, 68. desunt B. — V. 1871, 72. desunt B. — V. 1874. quæ B. — V. 1877—80. desunt B. post v. 1876 B inserit vv. 1859—62. —*

---

V. 1880. *hosce duos versus interpolatos esse suspicor, namque 1880 repetitus est e 1870, et scriptura, quæ v. 79 memoratur, vetus poëma esse videtur, ad quod interpolator hoc loco recurrit, Eodem modo poëtae germanici libros antiquiores ut fontes suorum carminum memorant. Interpolator autem*



sic sua Reinardus demonstrans gaudia lusit,  
sed monachus lusit tristia fata miser.

## FABULA V.

### Ysengrims Abschied vom Kloster.

Finierat decimus lector, signumque canendi  
silvigenae fratri supprior asper agit.  
indoctus frater veneranda silentia rumpit: 1885  
„nescio, quid signes, tu mihi verba refer!“  
mox uno, binisque dehinc tribus inde monetur  
flantibus, ut sileat, non tamen ille silet.  
„cur fletis, fratres, intelligo, parcite flatu!  
accimur pransum, flatus id iste notat. 1890  
si tempesta quidem lex esset idonea flandi,  
jam flatum decies debuit esse diu.  
nunc, nisi nil sapio, penultima coena daretur,  
horologa immersit tardus athena latex.  
actâ nocte fere primam conflamur ad escam, 1895  
orbata est multo regula jure sui.

---

*Fab. V. argumentum e ms. B. sequitur XIII exemplum, quomodo Ysengrinus monachus monitus est cantare decimum versum, et non intellexit signa monachorum et usus est voce sua sine signis, et monachi intelligentes vocem lupi cachinnati sunt. — V. 1888. flatibus B. — V. 1889. flatis B. fletu C. — V. 1890. vacat C. — V. 1896. conlata C. —*

---

*antiquum poëma huc adduxit, ne forte quid obscœni ipse addere videretur, at suam esse hanc additionem, equidem non dubitaverim.*

irascor, consurgo tamen, *benedicite* multum!  
 sero venire potest consule nemo deo.  
 sanctificet potum atque cibum, qui fecit utrumque,  
 augeat et largâ munus utrumque manu.“ 1900  
 Fratris ad hanc vocem fit perturbatio grandis,  
 undique tunc naso flatur et ore simul.  
 flatibus innumeris aedes procul icta reflabat,  
 ut volucrum noctis millia terna sibi.  
 tunc quo more molens accitur, cujus in aurem 1905  
 edita non veniunt verba tonante molâ,  
 sibila dante choro, procul usque resibilat echo,  
 atria qua muro circueunte patent.  
 stridula sic urgente noto canneta queruntur.  
 jam metuit vulpis prodier arte lupus, 1910  
 aestimat in templo Gerardos flare trecentos,  
 atque efflata suo claustra movenda loco,  
 seque pati stando tot flatus posse perhorret,  
 flante uno pridem se cecidisse memor.  
 flatibus attactae subitis obiere lucernae, 1915  
 fit pavor, et quidam coelitus acta putant.  
*te deum* rapitur, clanga illico bombilat ingens,  
 et major tonitrus altera more molit.  
 signa pavet senior, cum parvum sueverit unum  
 praetinnire cibos, magna tonare duo. 1920  
 nam nisi fors ideo quia parvam parva, duasque  
 exigat ingentes grandior esca nolas.  
 tunc sparsim fratres per candelabra, per alta

V. 1899. potumque cibum A. — V. 1908. quam C. — V.  
 1909. stridula surgente B. — V. 1910. meruit vulpes — atque  
 C. — V. 1915. obire B. —

scamna ruunt, libros, vasa, crucesque rotant.  
 ast aetate rudes septem latuere tapetis, 1925  
 tres aulea quater, scriniaque octo tegunt.  
 post aram sub scamna ruunt, sub pulpita fusi,  
 hic birrum labiis imprimit, ille manum,  
 viscera fissuro non imperat ille cachinno,  
 terque cachinnantur, quinque quaterque novem. 1930  
 Jam, conante cavas zirbo transponere fauces,  
 affuit hîc abbas, qui lupus alter erat,  
 non nisi quinquimum docilis glutire Falernum,  
 pauca aliis tribuens, plurimaque ipse vorans.  
 tam bene se poterat quam sex portare molares, 1935  
 vermibus auxilium grande futurus adhuc.  
 Scotigenûm crustas mollisset flamine terno,  
 atque saginasset, tam fuit ipse macer,  
 non secus in crâssum quam si jacerentur ahenum,  
 sic creber pateris proveniebat adeps. 1940  
 quam macidum atque olidum rûctabat mane fere escis,  
 hic pater hesternis ebrius atque satur.  
 unius haud noctis residebat crapula somno,  
 quamvis solstitium mane nivale foret.  
 praedia quis vastâ tot condere novit in alvo? 1945

---

V. 1931. B. sequitur XV exemplum, quomodo Ysengrinus ductus in celaria vini, detraxit duciculos a doliis, et dicebat se per prava opera acquisitam praelationem, sicut alios qui propter hoc ex ordine illo pontificabantur, et abbas suus, monachi et alii officciati dederunt sibi plurima verbera, quae vocabantur sacra ornamenta pontificum, et sic fustigatus recessit et invenit uxorem suam vinctam et minati sunt ipse et ipsa Reynardo. — V. 1940. sed *pro* sic B. — V. 1944. vinale B. —

ovaque quis fratrum sic piperare suis?  
 ut caper hic sapiens, et vocis ut ardea clarae,  
 tanquam leproso gutture pingue sonat,  
 unguento verbis intercrassante refractis,  
 dimidium stridet, dimidiumque fremit: 1950  
 „Isengrime comes, canta! cantare juberis.“  
 hoc puto dicturus, si potuisset; erat.  
 illius audito fratres stridore quierunt,  
 „cantatum, frater, te petit hora, veni!“  
 Silvigena inconsultus adhuc, cantare quid esset, 1955  
 rettulit irato fratribus ore suis:  
 „non est hoc aliud, cur tanto turbine flastis?  
 heu potuit „„canta!““ dicere nemo mihi?  
 debita jam video subduci prandia nobis,  
 cantatum jubeor currere, quidquid id est. 1960  
 si saltem bibere est cantare, feremus omitti  
 prandia, si secus est, en bibiturus eo.  
 triste fames cantat, sitis importunius urit,  
 in coelo animam plena cuculla vehit.“  
 Jussit eum placidus pater in cellaria duci. 1965  
 constitit ante fores, datque redire ducem;  
 solus init crumeram, tonnis pincerna duciclos  
 detrahit, ut prodat quaeque, quod intus habet.  
 singula vasa probat, sed quaeque probata recusat  
 claudere, tam cupido corde probanda petit. 1970  
 et sibi sic dicit: „scripturâ teste *probate*  
*omnia, sic scriptum est, atque tenete bonum!*

---

V. 1967. crameram B. sed procul dubio legendum est ca-  
 meram. — V. 1968. perdet B. —



abstinet usque bonis, quibus affluit, aeger avarus,  
 cui vinum servas? fac semel ipse bibas! 1975  
 Stantibus in cantu visa est mora longa bibentis,  
 it, qui dux fuerat, reddere jussus eum.  
 invenit in vino collo tenus ille natantem,  
 sicque inquit: „frater, balnea pulcra facis,  
 crede mihi, hîc caput est, quod cras intrabit in arcam,  
 balnea sed dorso sunt adhibenda foris. 1980  
 primâ nocte nimis largus pincerna fuisti,  
 alter in officium substituendus erit.  
 arctior ergo sitim nequit compescere crater?  
 saepe parum melius quam nimis esse semel.“  
 potor ad haec: „ad quid tua cista, cucullifer amens,  
 intranda est, nisi sit forsitan intus ovis?  
 cur nisi propter oves cistam dignarer inire?  
 quattuor est cistis amplior iste locus.  
 nonne locum teneo capitis dorsique capacem?  
 quid me dimidias? integer esse volo.  
 quam subito offendit fratres, quod diligo legem,  
 quam cito me, quia sum rectus, adesse dolent.  
 meque fugare venis, ignoro, jussus an emtus,  
 ut commune minùs te sit agente malum.  
 par facit auctori scelerum praeceptor et emtor,  
 efficit impuram mens scelerata manum.  
 suggere deceptis, quia vivo sicut et ipsi,  
 non ego sum, quantum judicor esse, rudis.  
 regula vult, ni fallor, habetque infractâ reatum,

V. 1979. captum est C. — V. 1985. acrior B. altior C. —  
 V. 1991. offendunt — quia B. — V. 1994. et commune B. —  
 V. 1998. indicor C. —

ut superet mediam Bacchus ad usque gulam. 2000  
 hoc varie chlamydes sectantur, idemque cucullae,  
 multa bibunt fratres, plus tribus ipse pater.  
 displicet abbati, quod moribus aemulor ipsum?  
 quid nocet insano me sua facta sequi?  
 ordinis esse mei non ipsum conqueror, et cur, 2005  
 quos sequitur mores, invidet ille mihi?  
 deterius nihil est, quam quod sibi plaudit, et in me  
 detrahit exemplo perfida turba suo.  
 nemo suae socium debet contemnere sortis,  
 consimiles simili religione sumus. 2010  
 abbas noster edax bibulusque, ut fratribus alto  
 nomine sic stomachi religione praeest.  
 at mihi non suffert abbas imitabilis esse,  
 ergo sequi vetitus moliar ire prior.  
 abbatem fratresque simul virtute praeeibo, 2015  
 si, qui plura vorat, sanctior esse potest.  
 me vino potuisse, refers, moderatius uti,  
 non scis me saturo quid superare queat.  
 praeceleras nimium, postquam satiatus abibo,  
 argue me, si quid videris esse super. 2020  
 sufferres misere, si perdita vina fuissent,  
 ecce vides coram stantia, tuque furis.  
 vescerer et biberem cum fratribus, offer edendas  
 quotidie, quantas censueramus oves.  
 dum tenuem guttam de qua scrobe lingere possim, 2025  
 hîc equidem noctes hîc habitabo dies.“

---

V. 2006. ipse BC. — V. 2013. mutabilis C. — V. 2016. quis  
 B. — V. 2024. consueramus B. — V. 2026. noctem C. —

Ille patri rediens et fratribus omnia narrat,  
 quique ea laudaret, vix erat unus ibi.  
 unanimes miserum jurant expellere fratrem,  
 omnibus armantur, quae reperire queunt. 2030  
 neve moram faciant, prius occurrentia prendunt,  
 ecce caballinum corripit ille caput,  
 hic fœno gravidam fertur rapuisse lagenam,  
 in qua sese abbas mungere sœtus erat,  
 quaeque ferebatur quintae mediana diei, 2035  
 dimidium fissae vindicat ille nolae,  
 hunc veteris rhedae pars tertia munit, at abbas  
 ipse molendinum grande sinapis agit.  
 talibus atque aliis irrumpunt ostia freti,  
 qua securus erat frater, adhucque bibens; 2040  
 nilque nisi grates monachum mernisse putantem  
 talibus objurgat noxia turba minis:  
 „huc vesane foras, Satana insatiate, repente  
 huc ad nos! aliter nec bibiture parum.“  
 Armatam ut rabiem videt Isengrimus et audit, 2045  
 esse illic monachus non vovet ipse diu.  
 tunc quod spissus erat paries solideque cohaerens,  
 non amat hinc lapides, devovet inde fabrum.  
 mox velut audacter, ne formidasse putetur,  
 procedit, fratrum cominus arma notans: 2050  
 „quo, stolidi fratres,“ ait, „haec vexilla feretis?  
 quis populus demens ista sequenda putet?  
 nam nec recta quidem, nec sunt conformia rectis,

V. 2035. quodque B. — V. 2040. quum C. — V. 2042. nimis B. —

et melius poterant delituisse domi.  
 non vos consilium sine me sapienter inistis, 2055  
 cur hodie non sum quam bene doctus heri?  
 ergo domum redeant partis vexilla sinistrae,  
 ingenium vobis notificabo meum.  
 ordinis ex nostri coetu plerique leguntur  
 pontifices, quorum est vita probata palam. 2060  
 qui quantâ tueantur oves pietate, deumque  
 quâ timeant nudâ religionem probant:  
 quae populus, quae clerus habet, quae claustra, licenter  
 omnia constituunt diripienda sibi,  
 vi, prece, iudiciis, ornatu, fraude, minisque, 2065  
 et, quibus ordo caret, mosque modusque, modis.  
 praesulibus sumtis de clero haec regula partim  
 noscitur, et partim, ceu didicere, tenent.  
 omnia non sorbent, parco bacchantur hiatu,  
 seducti raptis plura manere sinunt. 2070  
 eligit idcirco pars cleri provida sanctos  
 claustricolas, quorum est linquere norma nihil;  
 qui primum rapiant, tunc scalpant, denique lingant,  
 vere his virtutum regula tota patet.  
 antistes fieri sperans ego moribus isdem 2075  
 praevulgo studium, devoro, praedor, hio,  
 innumerosque dies unâ virtute redemi,  
 effuso vacuans omnia vasa mero.  
 confestim lateque solet discurrere rumor,  
 materies quotiens ardua solvit eum. 2080  
 propterea volui facinus committere clarum,

V. 2068. se pro ceu B. — V. 2075. hisdem ABC. — V. 2081. nolui B. —



ingluviem subito notificare volens:  
 ut, si praesul ob hoc fuerit quis forte fugatus,  
 quod parce rapiat, subroger aptus ego.  
 si quid adhuc sapitis, laudabitis acta, probeque  
 fratribus atque mihi consuluisse ferar.  
 quod si damna movent vanum lucrosa furorem,  
 hoc veniale meae sit probitatis opus.  
 amodo nil perdam, nisi sit, quod perdere possem,  
 quamquam non liceat poenituisse boni.  
 pejores dici quam laica turba potestis,  
 si luero primae crimen inane vicis;  
 et commissa semel villanus daemone peior  
 donat, vos acies lenior este precor!  
 at quocumque trahat sententia, nolo fugari,  
 saltem, ubi nulla potest esse cupido, locer,  
 et mihi praeposito domus infirmaria subsit,  
 quamvis consilio discrepet illa meo.  
 nam cum desiero rapere, obtuleritque voranti  
 exigua positas assecla lance dapes,  
 tunc quod erat certe praedâ ingluvieque merendum,  
 exspes officii pontificalis ero.“  
 Pravior Angligenâ caudato partis iniquae  
 quidam rufus ad haec dogmata clamat ovans:  
 „frater, tende foras! optata paratius instant  
 tempora quam speras, hora beata venit.  
 hora beata venit, qua consecrabere praesul,  
 festus adest nobis iste tibi que dies;

V. 2094. iste B. — V. 2097. proposito B. — V. 2098. dis-  
 crepat B. — V. 2102. exspes C. — 2016. deficit, *malim* desluit.

teque his vexillis introductura sacratum  
 concio fraterni tota favoris adest.“ 2110  
 poscitur actutum cunctis e fratribus unus,  
 ungere pontificem dignus, adestque celer.  
 aedituus plenam pulicum producit acerram,  
 auriculas mēriti fratris utrasque replens:  
 „hoc adspergo sacri caput,“ inquit, „semine olivi, 2115  
 deficit uncturus tempora sacra liquor.  
 sanctius est semen, vita est in semine, trānsit  
 in cerebrum saltu sanctificante vigor,  
 infula, ne capiti bēnedictio decidat, assit!  
 foeniferum gestans fictile frater adit, 2120  
 et foenum excutiens stolpato verberat orbe  
 pontificis frontem: „sume,“ ait, „alme pater!  
 hanc etenim Artacus mittit tibi papa tiaram“ —  
 (bombilat hīc gressum ventre lagena cavo  
 percussorque refert:) „felici tempore mitram 2125  
 apposui, praesul jam modo signa facit,  
 scilicet, ut sacrum tetigit caput, infula clanxit.“  
 percutitur rursus pontificale caput;  
 clanxerat in primo, sed verbere fracta secundo  
 dissilit in testas octo lagena quater; 2130  
 pontificis capiti ter inhaerent fragmina quinque,  
 unius in testae continuata modum.  
 intulit ergo sagax percussor voce jocosā:  
 „aspicite hunc, fratres, quam bene mitra sedet!  
 nulla unquam melius mitra absque ligamine sedit, 2135

---

V. 2121. ore B. hic versus erasus est in C. — V. 2125.  
 Artatus BC. — V. 2127. clausit B. — V. 2129. clauserat B. —  
 V. 2135. deest in C. —

nunc stola quaeratur, vincta tiara bene est.“  
 rhedifer exclamat: „stola adest, ut credo,“ suique  
 pontificis collum terque quaterque ligat.  
 (munerat hîc dorsum, pius abbas caute molari,)  
 „et mea gratanter munera,“ dixit, „habe! 2140  
 istud crede mihi vulgariſ nominat usus,  
 quod tibi do libum, suscipe, dono libens.“  
 nec mora gestator mediani provolat aeris,  
 pontificem cunctis plenius ille sacrat.  
 procumbit decies, antistes verbere deno, 2145  
 et resilit totiens, undecimoque jacet.  
 tunc ferus irridens joculentâ voce sacrator  
 ludicra nequitiae protulit ista suae:  
 „aeger ut appares, nisi fingas esse magister,  
 ut super infirmos constituaris, eges. 2150  
 haec igitur, fratres invitatura comesum  
 infirmos, mediâ cymbala pende domo.“  
 vix miser antistes respiret, durus equini  
 vector adest capitis, consiliumque dedit:  
 „si sapis, Isengrime, cave fallacibus istis 2155  
 credere, non recte consuluere tibi;  
 esse potes praesul, meritis et nomine debes,  
 sed non officium nosse videris adhuc.  
 at tua te gnarum joculandi dextera naris  
 indicat aspectu, fungere sorte tuâ. 2160  
 hanc tibi dono gigam, pagana est utpote porrum,

---

V. 2136. juncta BC. — V. 2142. tibi labrum B. —

---

V. 2161. pagana, vox e genio linguae tadescae formata, ubi dorperlije, dorperheit, stolidum, stultitiam, rusticitatem

osseaque ut dominus Blitero, sume, vide!  
 dum nimis optatum facinus concedit amicus,  
 debetur dono gratia magna brevi.  
 haec giga donatur gratis tibi, sume!“ nec unum  
 verbere jam verbum prodiit absque suo.  
 verba nimis praesul, sed parce verbera curans  
 gallus ut in prunis per medium agmen abit.  
 lixa malus revocans non expectare volentem,  
 dicitur ignitum praeripuisse veru.  
 „frater, frater,“ ait, „modicum expectare memento,  
 oblitus plectri quo cupis ire tui?  
 accipe! quid faceres sine plectro?“ interque loquendum  
 candenti ferro colla humerosque fodit,  
 „arsque tibi,“ adjecit, „nondum est bene nota gigandi,  
 cum chordas plectro sumseris absque suo.  
 quam primum cuperes modulari, nonne puderet  
 ante oculos, plectro te caruisse tuo?“  
 His donis studium exagitant errorque pavorque,  
 sicut in externis per loca nota viis,  
 et non ante sui meminit, quam staret, ubi uxor  
 haerebat, medio corpore vincta tenus.

---

V. 2162. Blitero BC. — V. 2163. minus opt. C. — V. 2167.  
 minus C. — V. 2168. in primis BC. — V. 2173. uterque B. —  
 V. 2179. *A ponit punctum post donis, unde video, etiam libra-  
 rio hunc locum obscuriorem fuisse. Supple: studium eundi  
 vel fugiendi, et structura sententiae haec erit: error et pavor  
 lupo studium eundi ita exagitabant, ut in externis viis velut  
 per loca nota fugeret.* — V. 2180. extremis C. —

---

*designat, a pago, dorp. Igitur pagana est rustica, illepada.  
 vid. IV, 123.*



extraxit miseram, referunt jurantque vicissim  
 crimina Reinardi morte pianda gravi.  
 tot tamen offensas (scit enim Reinardus, ubi et quâ  
 divisus) fertur conciliasse baco.  
 Erubuit vulpes dici tam saepe quïsse  
 nunc falli gallo, nunc joculante lupo.  
 senserat hoc subito, vocemque erumpere promptam  
 cetera lecturi suppressit ursus apri.

## FABULA VI.

### Corvigar's Siegel.

Desierat Bruno lausque astrepit undique dictis.  
 tunc epulas alacer rex jubet atque jocos.  
 At misere interea miser Isengrimus in agro  
 luserat, ac tulerat fercula dura satis,  
 usque profunda fere corium detractus ad ossa.  
 regia dum linquens ad sua tecta redit,  
 Corvigarus sonipes, eunuchus fortis et ingens,  
 cernitur in ripâ stare paludis edens;  
 qui paulo ante cibum sumturus in amne palustri

---

V. 2189. haec BC. — *Fab. VI* inscribitur in B: sequitur XVI exemplum, quomodo Corvigarus, id est equus, exivit paludes, in quibus ciconia credebat eum remansurum. — V. 2191. desiderat B. *omnes* Bruno, *sed legendum est* Grimmo. —

---

V. 2193. *ab hoc v. initium fabulae VI statuere maluerim, quam a. v. 1291, sed mss. concordant hac in distributione, quam conservavi.*

constiterat, medias mersus ad usque jubas. 2200  
 Pone legens pisces ibis sua crura videbat  
 pressa caballino sub pede posse parum.  
 non multum poterat, sed credi posse volebat,  
 vim pellit cautis vis simulata minis.  
 „Corvigare, hîc, frater, densâ,“ inquit, „stamus in ulvâ,  
 non oculi hîc possunt obseruare pedes, [2205  
 est imperspicuus gurges, quisque ergo suorum  
 esto pedum custos, en ego servo meos.  
 ne tibi deculcem talos, ne qualibet artus  
 quasseris, timeo, sis memor ipse tui! 2210  
 qui minus optat habere pedes quam perdere, votis  
 talibus hîc aptum noverit esse vadum.  
 hanc igitur mortem quia me spectante subisti,  
 grator, adhuc, spero tutus abire potes.  
 si mihi post tergum venisses, nulla profecto 2215  
 reddere te sanum fors potuisset agro.  
 dum potes incolumis meque hinc insonte salire,  
 (fuscinulas Satanae porto,) memento fugae!  
 si tibi messuero coxas ignarus et armos,  
 quid nisi damna refers, meque dolere facis? 2220  
 te potius sanum, ut vellem, retinere nequisse,  
 admissum membris quam spoliare, querar.“  
 tunc madidas alis vehementibus ille papyros  
 verberat, et multo perluit imbre jubas.  
 terretur sonipes, nec deteriora timetur 2225  
 facturus, fieri quam sibi posse timet.  
 mox volucris saltu perlatus ad arida, pedit,

V. 2205. Corjugare C. — V. 2220. mihi *pro* nisi C. — V. 2222. spoliasset BC. —

volvitur et cursat, gaudia mille furit.  
 Ut lupus hunc vidit, plagarum obliviam fiunt,  
 pelle suâ pluris censet adesse lucrum. 2230  
 incipit omnino fortunae ignoscere, quoque  
 exita quove inita est curia, tempus amat.  
 tardius aut citius nollet pro pellibus octo,  
 qualem perdidit, regis abisse domo.  
 tam fors cornipedem non invenisse reversum 2235  
 quam mala venturum praecelerasse fuit.  
 Corvigarus viso non cogitat esse pavendum,  
 solus enim in solum sufficiebat eum.  
 arte lupum vicit, qui cesserat ibidis arti,  
 ars scit nulla vices artis in omne genus. 2240  
 tunc quasi conqueritur: „domine Isengrime, quid hoc est?  
 nonne cucullatae religionis eras?  
 quis tibi diripuit vesanus latro cucullam?  
 atque tibi est intro demta cuculla nimis.“  
 „Corvigare, ex multis,“ ait, „o mihi care diebus! 2245  
 me veluti laesum conspicias atque doles;  
 me nisi diligeres, non te mea damna moverent,  
 damna sed haec magnus conciliavit honor.  
 non haec insidiis et viribus acta latronum,  
 sors melius cecidit quam cecidisse putas. 2250

---

V. 2228. excursat B. — V. 2229. B. sequitur XVII exem-  
 plum, quomodo Ysengrinus a Corvigarō pellem et partem de  
 carne habere voluit, et Corvigarus voluit eum tonsorare et  
 ducere eum in nemus solum et ipse noluit; et quomodo Ysen-  
 grinus imposuit ei furtum annulorum de ostiis et Corvigarus  
 eum percussit de pede posteriori et dimisit ferrum in fronte  
 ejus et dixit se jam unum anulum restituisse et sic jacuit de-  
 lus. — V. 2246. lusum C. —

saepe brevi impenso lucratur maxima prudens,  
 grande brevi nostri cessit utrique bonum.  
 gesturus nostri praeclara negotia claustrum  
 legatus subii moenia regis ego;  
 interea nostrae rex aeger pellis egebat, 2255  
 quam subito exutam, rege rogante, dedi.  
 non fuit hoc magni, donassem injussus, et omnis  
 curia cum magno rege petebat eam;  
 quippe tuam noram mihi te hîc astare paratum  
 sponte dare, atque illud proposuisse diu, 2260  
 sed deerat, cur moestus eras, occasio dandi;  
 nunc desiderio suppetit hora tuo.  
 pone cutem, reddam, cum nostra recreverit, utram  
 maluëris, merces, optio fito! date!  
 et de carne tuâ, nam tunc quoque crassus et ingens 2265  
 sat remanes, detur coena pusilla mihi.  
 non hoc quaero mihi, tu mole juvaris obesâ,  
 ocius ut curras, vix modo membra moves.  
 non costas aut ossa velim tibi tollere, paulum  
 cedarum clunes, vindico pone popas. 2270  
 efficit herba tibi carnem, sine vescar, abunde  
 fasciculo herbarum pars tibi demta redit.  
 non dico, quia te dubitem quaesita daturum,  
 quin avidum dandi longa loquela gravat.  
 quem prius inventum titulis elegero tantum, 2275  
 rex pretium pellis reddidit ipse meae.

V. 2264. cito pro fito B. — V. 2265. nunc B. — V. 2266.  
 remanet B. — V. 2271. abunde refertur ad vescar in cod. A.  
 et separatur virgulâ a vocabulo sequenti. Mea interpunctio  
 magis consentanea videtur fallaciae lupi.



quasque mihi grates rex danti scripsit, et illi  
 obstanti demtâ conditione necem.“  
 Corvigarus fallax: „pellem petis,“ inquit, „et escam,  
 non sunt a sociis ista petenda diu. 2280  
 sponte sequens non est injecto fune trahendus,  
 esse queror tanto dignus honore parum.  
 sed sine consilio nihil est prudente gerendum,  
 hîc tibi suspecta est undique turba canum,  
 nec duce te silvas ausim confisus adire, 2285  
 ut capias illic tutus ab hoste cibum.  
 rapta cuculla tibi est, nimiùmque corôna recrevit,  
 te species fratrem nulla fuisse docet.  
 truncandas submitte comas, redolabo coronam,  
 in nemus ut possim te duce tutus agi. 2290  
 nescio si nosti, privatim tondeo fratres,  
 pauperis officii me pudet esse palam.  
 in talis aptata meis rasoria porto,“ —  
 cui lupo: „hoc nihil est, ne nisi vera refer!  
 nam quotiens paulisper hebent rasoria, cautus 2295  
 inverrens corio tonsor acuta facit.  
 nulla tibi pendet corrigia, detege, si qua est.“  
 Corvigarus penem nudat, aitque: „vide!  
 subligar hoc acuit rasoria nostra, secantque,  
 aspice ferratos,“ exhibuitque pedes. 2300  
 aspicit ut ferri spiras in calcibus hospes,  
 quaeque vetat dici cetera saepe pudor,  
 fallere cornipedem facili deliberat astu:

V. 2280. *verba* ista — sequens *exciderunt incuriâ librariî*  
*C.* — V. 2284. haec *BC.* — V. 2289. *truncandus B.* — V. 2305.  
*cornipedem A.* —

„Corvigare, indoctos credis ita esse lupos?  
 sed suit ex duro crepidas tibi subula ferro, 2305  
 vis procul hinc sanctos quaerere, sicut ego,  
 estque viae baculus quod subligar esse fateris,  
 fallere me nullâ calliditate potes.  
 quod durum est ostendis, et est corrigia molle,  
 hunc baculum voti contuor esse tui. 2310  
 elapsum est ferrum, cōtemplor inane foramen,  
 ferratum fuerat, perfice vota, miser!  
 tonsa corona mihi satis est, fidenter eamus,  
 quolibet optaris, dux tibi fidus ero.“  
 ille refert: „non nugor, adest corrigia praesens, 2315  
 et, si vis, capiti tonsor et arma tuo.  
 quoque mihi corium quam fratrum spissius extat,  
 fratribus officii tam super arte feror.“  
 postquam nil senior verbis profecerat illis,  
 sermones aliâ condidit arte suos: 2320  
 „Corvigare infelix, esse haec rasoria dicis?  
 inbannite quater quindeciesque Sātan!  
 inter sacrilegas lychnis stolulisque Gehennae  
 devoverē tuum bis caput octo patres.  
 quod foribus nostris omnes detraxeris anos, 2325  
 accusabo nefas, hīc tua furta patent.“  
 tonsor ad haec: „o parce reo, domine abba, quid horres?  
 es monachus, parcā tende flagella manu!  
 qui miser esse potest, miseros mediocriter angat,  
 qui sibi vult parci, parcat et ipse reis. 2330  
 vel tulimus lapsum, vel labi possumus omnes,

quisque sui, dum quem corripit, esto memor.  
 peccavi, peccasse piget, nec me abnego sontem  
 esse, nec excuso, detrahe furta mihi!  
 cominus huc propera, senui tumbaeque propinquo, 2335  
 in banno vereor flagitiisque mori.  
 dedo pedes, talumque levans praecolligit horam  
 obliquis oculis, quando ferire queat.  
 prensâ calce putans facilem Isengrimus abactu,  
 illicet accedit, sicque sibi inquit ovans: 2340  
 „tres male sustentant tabulata quadrangula postes,  
 nec tribus incedit firma quadriga rotis.“  
 ut satis aptatus stetit Isengrimus ad ictum,  
 Corvigarus talum promovet atque ferit.  
 si scit, quidque ferit, medioque intervenit ictu 2345  
 auriculas; retro funditur ille procul,  
 moenia non aliter quam jactus in alta molaris,  
 officiumque aures, osque oculique negant.  
 talus equo rediit, sed spira in fronte remansit,  
 os penetrant clavi, spira retenta sedet; 2350  
 nec transire potest nisi quatenus acta volando,  
 illaeso formam presserat osse suam,  
 namque relecta super ferrum membrana coibat,  
 vix oculo plagae percipiente locum.  
 Corvigarus monachum ferro feliciter ictum 2355  
 aspiciens, dulci voce jocatur ovans:  
 „unum, frater, habes, hunc offer fratribus anum,  
 vester an extiterit, consule quasque fores.

si sublatus ibi fuit hic, mea prata revise,  
 substituam socios, fixus ubi iste modo est. 2360  
 surge, quid exspectas? (immotus namque jacebat,  
 in capite est, palpa, circulus haeret ibi.  
 inuenies in fronte tuâ, quod quaeris in herbâ,  
 cum gradiere, cave, ne cadat, haeret adhuc.  
 figere, da veniam, potui non firmiter illum, 2365  
 perge, tuis nostrum fratribus infer *ave!*  
 denique paulatim motis prorepere membris  
 cum crebro gemitu nititur ille miser.  
 „[eja care comes, modo Romam! quodque sigillum  
 fronte tuâ fixum est, effice, papa legat. 2370  
 dic papae, quia Corvigarus, qui vescitur herbis,  
 cum Romam peteres, hoc eremita dedit.  
 tutus eris, me pontifices, me papa veretur;  
 nominis et vitae conditione meae.  
 Corvigarus dicor, sic nullus papa vocatur, 2375  
 papa quis est herbas? est cibus herba mihi.  
 plus me papa potest, sed sedis jure beatae,  
 sed merui vitâ nomineque esse prior.

---

V. 2371. sic papae B. — V. 2373. *malim verentur, sed omnes habent numerum singularem.*

---

*V. 2369—84. interpolator addidit, cujus modum scribendi prodit oratio definita v. 2371., quam supra III, 1217 notavi, et commemoratio vitae monasticae 2384, super qua alio loco disputavi II, 169, atque universa haec expositio sigillorum, quae reliquo textui repugnat. Neque hoc additamentum praecedentibus bene adnexum est, sed quasi ex abrupto continuatur. Denique interpolator se ubique inimicum pontiff. maxx. monstravit.*



idque sigilla notant, etenim sunt plumbea papae,  
 cerea pontificum, ferrea nostra quidem; 2380  
 quam ferro plumbum, quam plumbo cera rigore,  
 tam praesul papae, tam mihi papa subest.  
 protinus ergo simul spectarit papa sigillum  
 Corvigari, claustro restituere tuo.]<sup>66</sup>



---

## LIBER QUARTUS.

### ISENGRIMS NOTH.

#### FABULA I.

Josephs Kachensprung.

Talibus expletis sano gavisâ tyranno  
curia dispersa est, ad sua quisque redit.  
transibat Reinardus, ubi Isengrimus ademtâ  
pelle parum gaudens, et caput ictus erat.  
sed nimium muscas, aegrum pietate parantes 5  
visere, concussis dentibus ire rogans;  
quorum exauditur longe collisio, tanquam  
lanilegus pecten pectine crebra sonans.

---

*Lib. IV. A habet liber VI. C litera majori inchoat librum, sed numerum non addit, B hoc argumentum praefixit: incipit quartus liber et XVIII exemplum, quomodo Reynardus Ysengryno conquerenti de sua pelle amissa imposuit, quod vellet secare ligna regis in silva et quomodo duxit eum ad caulam arietis, qui fecit eum hiare et ruit cornibus in os ejus et confregit eum omnino. — V. 8. lanilegus B. —*

---

*V. 5. ante hunc versum distichon excidisse videtur, nam vocabula sed et rogans non bene continentur cum constructione versus praecedentis.*

ictibus auditis Reinardus clamitat alte :

„regia quis socius robora caedit ibi? 10

quis, domine, es caesor, qui sic, nisi me ante rogasses  
caedendi veniam, regia ligna secas?

defensore putas silvam, vesane, vacantem?

cum sit tutelae credita silva meae?“

Isengrimus item feriens horrebat, at ille: 15

„et quis bannitum caedit itemque nemus?

quisquis es, hîc linques dolabram, nisi caedere cesses,  
si sum silvitiuus regis, ut esse puto.

cum sua villani pacare salicta sinantur,

cur requiem lucus regis habere nequit? 20

tam cave, ne exilem violaveris a modo brancum,

quam, tecum ut redeat tuta securis, amas.“

taliter irritat, donec prope constitit, illum.

„hiccine noster,“ ait, „patruæ dulcis ades?

succisum silvas aliquem venisse putabam, 25

da veniam, ignarus noxia verba dedi.“

Isengrimus humo poterat consurgere necdum,

sed quod non poterat viribus, arte parat:

„huc, cognate, veni! silvam sub rege tueris,

tu meus es sanguis, ne vereare, veni! 30

ignosco spólium pellis, servire tyranno

te decuit, regi non tibi triste velim.

hinc succido nemus, caesori tolle securim,

regia ne officium transferat ira tuum.“

„appropriare tibi non possum, patruæ dulcis, 35

---

V. 31. *A punctum habet post tyranno, atque versum in unam sententiam male contrahit.* — V. 55. huic C. succide B.

tam doleo trabeae perditione tuae.  
 cur sine pelle tuâ tot amicis fultus abisti?  
 nam quicumque mei, nonne fuere tui?  
 sed maïus hoc fecit Josephi tibi, pendat acerbe,  
 hic modo bis senâ prole superbus ovat. 40  
 si quid adhuc virtutis habes, proficiscere mecum,  
 reddet pro corio seque suosque tuo.  
 nec tenebrae metuantur, habes in vertice lunam,  
 haec nobis rectum praevia pandet iter.  
 si triduana fuisset adhuc, jam plena coiret, 45  
 aut triduum rediit, post ubi plena fuit.  
 hanc lupus ad vocem redivivo robore surgit,  
 ignoscit vulpi, mitia verba refert,  
 Corvigari totam detexit in ordine fraudem.  
 mox stabulum Joseph nil metuentis adit. 50  
 (praedocuit vulpes vervecem regis in aulâ,  
 fallere qua posset calliditate lupum.)  
 „Patruè, pone minas et praeblandire parumper,  
 qui simulat pacem, certius ense ferit.  
 ne subito effugiant, patrem natosque saluta.“ 55  
 „pax vobis fratres! hîc bonus hospes adest;  
 quem totiens optastis, adest, procedite laeti!“  
 „quis nobis pacem tempore clamat in hoc?  
 pace, precor, careat, qui debuit obdere caulam,  
 non mihi clamatâ pace opus esse reor. 60  
 rus habitô, numquid silvalem debeo censum?  
 hinc procul indictor foederis hujus eat!“

---

V. 39. si pro sed B. — V. 40. sic B. — V. 54. furit B. —  
 V. 56. lupus loquitur. — V. 58. haec. Joseph dicit. —



„haec, frater, mihi verba subintendisse videris,  
 nil ego, domne, tibi praeter honesta loquor.“  
 „quilibet externus, qui nobis profore nollet, 65  
 clam potuit nostras insiluisse fores.“  
 „et quid, anice, putas? potuitne externior hospes  
 deteriorque tuos ullus inisse lares?“  
 „care pater, potuit, si non mihi nequior optas  
 esse, tuus genitor quam fuit ante meo.“ 70  
 „nec melior nec pejor ero, si comiter illud,  
 quidquid erit, tuleris, scis bene ferre jocum.  
 jugera nunc solves, quot sum tibi mensus, ego istos  
 tres quater usuram, te capitale peto.“  
 „ergo minas omnes laxatae redde crumenaе, 75  
 mallet villano quam cibus esse tibi?  
 nil mihi sive meis contingat tristius agnis.  
 vix mihi tam rebar velle favere deum,  
 si me dumtaxat totum consumere posses.  
 sed polus aurorâ progrediente rubet. 80  
 hîc homines oriente die patiere, canesque,  
 si petimus silvas, stirps nocitura tua est.  
 est opus arte novâ, pars nostri corporis opto  
 nulla tibi pereat, fac mea dicta sapis:  
 ad terram reside, retroque innitere posti, 85  
 atque bene impressos in scrobe fige pedes;  
 inde mihi totâ protende voragine fauces,  
 quam late valeas pandere labra, vide!

V. 63. haec *pro illa*, *vid. adnot. ad lib. III, 844.*, subintendisse i. e. *parum intendisse, animadvertisse. Lupus haec dicit.* — V. 64. loquer BC. — V. 73. nec C. quota B. istos tres quater i. e. *duodecim liberos Josephi.* — V. 88. qua B. —

[rumor ubique refert, quam sis Bernardus hiandi,  
     nunc parebit, utrum noris hiare probe.] 90  
 integer ingenti ferar in tua viscera saltu,  
     buccellam talem fors tibi nulla dedit.  
 nil formido, nisi in stomachos discurrere plures;  
     hiscere si nosti, deprecor, hisce semel!  
 si bene laxaris buccam mihi, funditus intro, 95  
     hoc tibi consilium proderit atque mihi.  
 tunc non sollicitabor, ubi superantia condam,  
     cancellosque uteri quosque replebo tui.<sup>66</sup>  
 Imprimit ille pedes scrobibus postique retrorsum  
     appodiat, furno laxius ora patent. 100  
 impete si recto vervex in labra ruisset,  
     intrasset medio guttura ventre tenus;  
 assilit ergo hostem sublatis cornibus alte,  
     fixerunt superum cornua bina labrum,  
 bina cavas nares, frontem duo, bina palatum, 105  
     excutitur senior sensibus atque loco.  
 conqueritur Joseph: „domine Isengrime, rogaram,  
     firmiter ut stares, tamque repente cadis?  
 aut cadis aut titubas, sta firmiter! esca parata est,  
     vescere constanter, cerne, diescit enim. 110  
 sex ovibus quondam sumtis illectus ad esum,  
     et plus dimidio ventris inanis eras,  
 vix libata tibi hîc una est, effoetus abisti,

---

V. 95. intus B. — V. 110. carne B. — V. 115. effectus BC.

---

*V. 89, 90. interpolatoris esse arbitror, qui jam supra lib. III, 1176 in Bernardum Claraevallensem invectus est, qui eodem tempore vixit.*

plus quam dimidius resto superstes adhuc.  
 nunc fugis, ut dantur tibi fercula prima, cibusne 115  
 moverit, ignoro, taedia, sisne satur.  
 hoc sapit ante diem caro vervecina, redibis  
 vespere, quid sapiat tunc quoque, nosse dabo.  
 efficiam, ne non toto scribatur in orbe,  
 perlepide ludum me didicisse pati. 120  
 sive satur, sive insipidam pertaesus es escam,  
 nolo mihi parcas, do satis atque super.  
 Scrabonis vetuli pennâ paganior essem,  
 tantillae vellem si dapis esse tenax.  
 dic patruo, Reinarde, tuo, vescatur abunde. 125  
 namque aderat vulpes, festa cupita gerens:  
 „grates, frater, habe! satur est, dormire sinatur,  
 nil audit dextro poplite, dormit, abi!“  
 His dictis abiit Joseph comitantibus agnis,  
 ut potuit demum, repisit et ille domum, 130  
 et donec misero virtus coriumque recrerunt,  
 nullorsum a propriâ prodiit aede foras.

## FABULA II.

### Esengrims Chellung.

Convaluisse lupum famâ perhibente renidet  
 vulpes, ut nitido noctua furva die.

---

V. 115. cibusve B. — V. 117. sic sapit B. — V. 118. nosce  
 B. — *Fab. II argumentum in B. sequitur XIX exemplum,*  
*quomodo Reynardus duxit Ysengrinum ad campos cum leone,*

tunc tendit laqueos ad callida vota valentes, 135

robore diffidens fraude capessit opem.

difficilem veniam scelerum ratus esse priorum,

tertia disponit praenocitura lupo.

non dubitat recto praependere lucra leonem,

et leviter motum, quo vocat ira, sequi; 140

scitque lupum nescire, inter duo dura petendum,

unde sit eniti pronius esse magis.

[saepe malum sapiens fert pro pejore fugando,

stulti vana timent, inque timenda ruunt.]

Esuriens ibat raptum leo, cautus eunti 145

obviat hospes, humi stratus adorat eum:

„rex domine, obnixè tuus Isengrimus, ut illuc

pransurus venias, neve morere, rogat;

expectaris enim.“ facilis leo paruit. itur,

et captam vitulam partitus est Ysengrinus ad malum suum, sed Reynardus partitus est eam ad beneplacitum leonis et docuit Ysengrinum, quomodo se haberet circa reges et superiores suos. — V. 133. prohibente B. — V. 138. tempora B. — praenocitura *legerim* pernocitura, *namque illud prae — ortum est e versu sequenti, ubi praependere habemus.* — V. 141. iter B.

V. 140. leviter, *vid adnot. ad III, 1352.* — V. 143, 44. *additionem interpolatoris habeam, partim repetitam e lib. III, 853. Sententiam hoc loco tum inutiliter tum male interpositam esse, non facile negari possit.* — V. 145. *Rex hîc non est Rufanus, sive Arnulfus, sed filius ejus legitimus Ludovicus infans, qui mortuo patre invitatus est a primoribus Lotharingiae, ut fratri Zwentibolco regnum adimeret. Vitula terra est Lotharingiae, infausta Isengrimi distributio fuit, quem omnes deseruere, feudis a Ludovico receptis. Exiguam praedae partem Reinardus sibi fert, i. e. feuda ipsi a rege confirmantur. Acta sunt haec Theodonis-villae (Dittenhofen, Thionville) anno 900.*



cominus accedunt, ostia clausa vident. 150  
 „patrue, nonne semel saltem tua vota perēgi?  
 nunc saltem grates promeruisse sinar.  
 per me parta tibi est haec gloria, forsā honore  
 vix isto gaudes, tam sapis usque parum.  
 exultes, tristeris, adest, quod saepe petisti; 155  
 progredere, adventum suscipe regis ovans.  
 rex tuus hospes adest, tuus hospes, nunc sine nosti  
 me fuisse tibi? rex tuus hospes adest.  
 ergo epulum accelera, quod heri te rege daturum  
 hospite jactabas, rex properare cupit.“ 160  
 His senior verbis stupet, erumpitque probatum,  
 haecine Reinardus dixerit, anne Satan.  
 viso rege silens trepidat, detracta recesse  
 conqueritur, rursum tergora danda timens.  
 „patrue, mandatus rex ad tua prandia venit, 165  
 ipse petitus adit, non tua dona petens;  
 et promissa negas, nobiscum rura require,  
 nil tibi promisit rex, epulumque dabit.  
 inveni vitulam, sed vis abducere aventi  
 defuit, et regem praepedit ecce pudor; 170  
 tu medius nostri, tu fortis et absque pudore,  
 curramus! nemori rura propinqua sedent.  
 tu deductor eris praedae, rex tutor, ego index,  
 et fore communem rex patietur eam.“  
 vulpe loquente leo reticet, non antea pontem, 175  
 quam capras habeat, praefabricare volens;

153. regula *pro gloria* C. — V. 155. *tristar* C. — V. 171.  
 melius BC. nosti B. — V. 175. silet B., *repugnat metro, forte*  
 siluit. —

mens aliter versat, fortunâ dante juvencam,  
 non dubitant vulpes et leo, cuja foret.  
 Annuit Isengrimus, eunt, reperitur, abitque  
 in nemus arreptis bucula ducta toris. 180  
 ut tenuere locum, quem rex praeceperat escis,  
 tunc patuit, quanti sit sapuisse palam.  
 bos cadere est morsu non verbo jussa, caditque,  
 non moriens ausa est dicere, „nolo mori.“  
 at lupus inspiens, vix rege rogante, quis illam 185  
 divideret, „recte partiar,“ inquit, „ego.“  
 [tam praeceps fatuus quam non est gnarus agendi,  
 exspectat sapiens, dum sapienter agat.]  
 „ergo partifica, domine Isengrime, decenter!“  
 „partiar egregie, rex here, nonne leges?“ 190  
 assilit ergo bovem, semotaque membra tripertit,  
 partibus aequatis inspicit acre leo.  
 „Isengrime, putas, est bos divisa facete?“  
 „rex, bene divisa est, et sine fraude, proba!“  
 „experiar paucis, an sit divisa perite, 195  
 si bene divisa est, utile dico tibi.  
 pars haec prima trium cuja est?“ „tua, maxime mi rex!“  
 „et cujus media est?“ „rex, ego sumo mihi hanc.“  
 rector adhuc sed vix inscissâ bile tacebat:  
 „tertia pars cuinam cedat, amice, jubes?“ 200

---

V. 177. juvencam *deest in C.* — V. 191. semota est *AC.* —  
 V. 199. ad haec *B.* —

---

*V. 187, 88. haec quoque sententia ab interpolatore non apte inserta est, haec enim interlocutio vivacior est et concisior, quam quae ejusmodi frigida ratiocinatione interrumpi et dilatari possit.*

„Reinaldo vulpi.“ rabies tunc tota movetur,  
 nec motis animis imperat ille diu,  
 a scapulis pellem caudâ tenus excutit illi.  
 „quî, patrine, dein? partificata bene est?“  
 205  
 territus ille fere retrosalit, atque seorsum  
 coctana vendentis more resedit anûs,  
 oblitusque suam partem indignatus an irâ,  
 nescio, si meminit sumere, liquit ibi.  
 „Patruë, nunc claret quanto consuescat honore  
 aula secutores glorificare suos. 210  
 serviit ante ursus, modo rex tibi, parce faventi,  
 gratulor auspiciis invideoque tuis.  
 quod si me pateris verum tibi dicere, rector,  
 hunc pudet officium sustinuisse tuum;  
 non potuit coram primatibus absque ministro 215  
 exuvias albâ ponere fronte suas.  
 hoc fortuna locô nos tres dumtaxat adegit,  
 rexque licet consors tu quasi noster ades;  
 hîc, sua si placitura tibi velamina nosset,  
 ipsemet injussus depositurus erat.“ 220  
 „me prior hîc, Reinarde, tuus vestire volebat,  
 qualiter expedit non tolerare mihi.  
 sero fere sensi, sensi tamen, ipse lucelli  
 si quid habet bursae, condat in ore suae.  
 me, cui vult, jubet esse parem, conjudico, quidni? 225  
 solus ego hîc, quid rex? unus ut unus agit.“

---

V. 204. haec dicit vulpes, ut patet e. v. 209. — V. 210.  
 hic v. deest in C. — V. 216. abba — sponte B. —

- „anne tibi externo potius, rex docte, favere,  
 quam consanguineo debuit atque sibi?  
 denique nescio quae perpessum incommoda jactas,  
 ferre potes grates, unde tibi ira placet. 230  
 ominis ille boni credit, vestire superbum  
 induviis regem bis meruisse suis,  
 vera tamen dicam, nisi mitis sontibus esses,  
 pendere praesumtûs debuit acta sui.“
- „Isengrimus, ut est, partitur, et eligit, ut vult. 235  
 hoccine tu saltem participare potes?“
- „dividere ignoro, nullus mea foedera curat,  
 quaeque adquiro, mei solius esse solent.  
 tu solus vitulam, prout ad me spectat, habeto!  
 offensam patruï nolo movere mei.“ 240
- „improbe! rex ego sum natus punire rapaces,  
 suggeris, ut mihimet jura aliena petam?  
 perdita conciliem potius quam dicar inique  
 eripere externas et violenter opes.  
 divide! communis praeda est, nil vindico sane, 245  
 praeter quod merito dixeris esse meum.“
- „incidit amissum patruus meus atque luendi

---

V. 233. si pro nisi C. — V. 245. si vide B. —

---

V. 227. externus rex fuit Ludovicus infans respectu Lotharingiae, quae Zwentibolco integra quidem a patre donata erat, quam vero tutores Ludovico tanquam legitimo heredi revindicarunt. Si auctori credimus, Zwentibolcus partem regni fratri cedere voluit, quae divisio minime rata habebatur. Doctus appellatur rex, quod sub tutela fuit Hattonis I. archiepiscopi Magontini, cujus astutia argutiaeque ex historia notissimae sunt.



aestimat eventum partiar ergo jubes?  
 quidquid vis, facito, quoadusque ignoveris illi,  
 quod male divisit, partifcabo nihil.“ 250  
 „omne nefas illi pariter poenamque remitto,  
 et tibi do veniam, divide, sicut aves.“  
 Tunc itidem ternos aequans Reinardus acervos  
 constituit, sed non utilitate pares.  
 pinguibus ex frustis spissisque et paene sine osse 255  
 portio prima aliis pluris utrisque valet,  
 crassaque non adeo, quamquam carnosa, secunda est,  
 est ossosa parum tertia carnis habens.  
 tresque pedes demum perfectis partibus addens,  
 seposuit quartum partibus ille procul. 260  
 „qualiter intendas, dubito, sed dividis apte,  
 quem cujusque velis, nescio, partis herum.  
 mutabisne aliquid? vis quid cui demere parti?  
 addereve? an, quales esse videntur, erunt?“  
 „nil variabo quidem, divisa est bucula prorsus, 265  
 elige, quam malis de tribus esse tuam.“  
 „tu lege pro cunctis, pars cujus quaeque sit, edic!  
 proposui, quidquid dixeris, esse ratum.“  
 „hanc tibi (summus enim libare potissima debet,  
 quam carnosa onerant crassaque frusta, lego; 270  
 proxima reginae dabitur, cura ejus agenda est,  
 illa domi recubat foetibus aegra novis.  
 crescentes nati tibi sunt, ideoque voraces,  
 inque tuas epulas et genitricis hiant;  
 his nisi quid demus, quod saltem rodere possint, 275

V. 255. trinos C. — V. 262. quemcunque C. — V. 275. reddere C. —

nec tibi nec dominae pars sua tuta meae est.  
 ossibus indomitos his exercento molares,  
 „castigent cupidam fercula dura gulam.“  
 „et pes, cujus erit, qui solus secubat illic?“  
 „sit meus, aut parti suppetat ille tuae! 280  
 sic ego divisi, sic quaeque locanda putavi,  
 qui melius norunt, aptius illa locent.“  
 „debetur jure tibi pes, tuus esto! videris  
 ut fidus dominis verna favere tuis.  
 quisnam te docuit partiri taliter? ede! 285  
 per mihi quod debes, et tibi foedus ego.“  
 „me docuit, docturus adhuc non pauca, quod istic  
 quodque alias sapui, patruus iste meus.“  
 „et cum divideret, cur non sibi novit id ipsum?“  
 propter beluacos non fuit ausus idem.“ 290  
 „ergo quod edocuit, misere intellexerat ipse,  
 teque aliosque docens ipse docentis eget.“  
 „rex miser, ignoras, lethargo secula laedi?  
 saepe valens aliis non valet ipse sibi.“

---

V. 283. jure metro repugnat, sed omnes hanc vocem exhibent; emendaverim merito, sed conjecturam in textum recipere non audeo, quod vocabulo jure pondus quoddam inesse videtur. cf. v. 527. 529. — V. 286. fidus B. — V. 289. malim at pro et. — V. 290. beluatos B. vulpem haec respondere satis quidem clarum est, at A signum interrogandi ponit, et hunc versum male ad leonis quaestionem trahit. — V. 293. sclera i. e. scelera B. —

---

## FABULA III.

## E s e n g r i m s S c h w u r.

[,Patrue, quid prodest, quod te castigo frequenter? 295  
 quo te plus moneo, stultius usque facis.  
 stulte aliena petens sua seque petitaque perdit,  
 nescis, quid vulgi mystica dicta notent?  
 frania putrescunt melius, quam poma vorentur;  
 vas plenum recto, qui tenet, orbe ferat. 300  
 patrue, nos inter tres tantum sermo vagetur,

V. 296. ipse *pro* usque BC.

*Fab. III. inchoavi a versu 295, secutus mss. A et C, qui initium illius versûs literâ majusculâ et signo paragraphi (¶) notant, quamquam oratio vulpis continuatur. In ms. B fabula III incipit a v. 549, quod mihi non probatur; nam vix crediderim, poëtam ita sui oblitum esse, ut Reinardum induceret castigantem, tam acriter reges, ipso rege praesente, cum v. 501 tres interlocutores indicentur; ideoque post versum 294 disticha aliqua excidisse videntur, in quibus regis discessus narrabatur, nam hujus rei nusquam infra mentio injicitur. Aptissime tunc novam hanc fabulam subjungimus, in qua vulpes de re male gesta queritur. Sed hanc omnem vulpis querelam suspectam habeo, tum quod sueto longior est, tum quod lopus nil respondet, qui tamen summo jure dolum Reinardo exprobrare neque tam facile in novum periculum induci possit, ut a v. 568 narratur. Et quis neget, longum vulpis sermonem pessime subjungi brevi et concinnae interlocutioni, quae praecedat? Jam aliis in locis sententiosam interpolatoris descriptionem animadvertimus, acceditque hic vocabulum frania, v. 299., quod e dialecto frisonica formatum est, cujus populi accuratiorem notitiam habuit interpolator, qui procul dubio ipse Belga aut Batavus erat. Habes rationem, cur haec omnia a v. 295—548 uncinis inclaserim tamquam sec. XII ad-dita.*

tu nimis in partem regis avarus eras;  
 lingere debueras, ubinam mordere parabas,  
 librat bufo tenax atque relibrat humum.  
 curia dissimulat lingentes, morsa remordet, 305  
 et repetunt proceres foenore morsa gravi.  
 sospes, si saperes, et regis amicus abisses,  
 sed tibi, quae multis, pessima plaga nocet;  
 non simul ingluvies discretioque esse sinuntur,  
 liberior victrix debilioris erit. 310  
 servares aliena, tuis consuetus abuti?  
 cujus erit custos, qui negat esse sui?  
 venit egestati venter, qui vendit agellum,  
 venter egens vendit fasque nefasque cibo.  
 idcirco partemque tuam regisque petebas, 315  
 et rex continuo motus utramque tulit.  
 non adhibere potes nisi pleno vincula folli;  
 dum superest aliquid, nil tetigisse putas.  
 sumere praestabat modicum quam perdere totum,  
 multa, ubi sat; fertur, quod juvat, esse bonum. 320  
 utilis est oculus, cui profore desinit auris,  
 subsidium parce dat tamen usque deus.  
 ecclesia est ingens, cantatque in parte sacerdos,  
 multa culus captat, sed manus aequa praeest.  
 tonsa bidens melior quam decoriata, juvatque 325  
 decoriata aliquid, perdita tota perit.  
 mortuus aut esses, aut regia jura tulisses,  
 rex tua teque tenet sub dominante iugo.

---

V. 305. *deest v. in B. et lacunâ indicatur defectus.* — V.  
 315. *vendet C.* — V. 321. *desiit C.* — V. 322. *ipse B.* — V. 324.  
*aeque prodest C.* — V. 327. *perdita jura C.* —



jus sub rege tuum non est, sed regis, at illi  
 gratia, si quidquam liquerit esse tuum. 330  
 cum quo si quid habes, quod uti commune feratur,  
 optima des illi, ne tua teque premat.  
 aspera sors misero sese est cognoscere nullo,  
 non regum comites rustica turba sumus.  
 luxuriant reges, et rustica turba laborat, 335  
 quid regum est? aether, flumina terra, fretum.  
 villanus cribro pronascitur atque galastrae,  
 rex cereri et piperi, carnibus atque mero.  
 rusticus e sulco producit regibus ostrum,  
 stuppeaque ipsius sagmata corpus arant. 340  
 qui sua dementer vastant, externa capessunt,  
 servans parta, potest sumere, quando libet.  
 suppetit ingluvies aulae, cui cuncta creantur,  
 sobrietas miseras stringit egena casas.  
 pauperis ingluvies, exhaustâ protinus, arcâ 345  
 prodit, quam noceat deseruisse modum.  
 legem pone gulae, ne fias pauper abusu,  
 et male mendices, aut male rapta luas. "]  
 His siluit dictis, rimansque procacibus hirquis  
 dilecti patruî singula membra notat; 350

V. 337. *man. rec. adscripsit in A: alius liber: sino pronascitur atque cribello, quam lectionem nullus meorum codd. exhibet. Ejusmodi testimonia perditorum mss. jam supraprehendimus.* — V. 338. *peperi B.* — V. 345. *arcta B.* — V. 349. *ab hoc v. nova fabula incipit in B: sequitur XX exemplum, quomodo Ysengrinus de consilio Reynardi petiit ab asino pellem suam et asinus contradixit, et Ysengrinus jurans sibi debitam esse captus est a pedicâ per fraudem Reynardi.*

pars autem, nisi pelle carens, in corpore toto  
 iudice Reinardo nulla decora fuit.  
 tunc parat ornatu patrum meliore beare,  
 quadrupedem metuens currere posse nimis.  
 rem miseram reputans et paucis profere credens 355  
 cuique lupo innatas quattuor esse bases;  
 maluit ergo uno nullum pede sive duobus  
 quam dulcem patrum rite carere tribus.  
 aestimat ausurum pedibus quam plurima tantis,  
 quae nimio nequeant absque labore geri. 360  
 non oberit, cuiquam prosit, si profere possit,  
 si fuerit saltem qualibet arte tripes.  
 tunc constante fide senis ista susurrat in aurem:  
 „pœtræ, non nobis hoc bene cessit iter;  
 nil nobis cum rege, potest nimis ille, feroxque 365  
 viribus intendit, nil pietatis habet.  
 res a rege tuas non vi, non arte tueris,  
 sunt tibi mutatâ lucra petenda viâ.  
 Baldvinus senior bona qui fiducia fertur,  
 pellicium patri debuit ipse tuo; 370

---

V. 351. ubi pro nisi B. — V. 354. omnes habent repetens, sed in margine A adscriptum est: reputans, alius liber, quod in textum recepi. — V. 356. lupo deest in C. — V. 363. aures C. —

---

V. 369. Baldvinus senior est Baldwinus I sive ferreus, comes Flandrorum, cujus terrae vel feoda sub specie pellis repraesentantur, ut plerumque in hoc carmine et facile inventionem factum est, cum principes eo tempore pretiosis pellibus vestirentur. Itaque pellem poscere et exuere idem est ac feudum retrahere et reddere. Ab initio regiminis Arnulfus universam Francorum monarchiam sibi vindicare studuit,

reddere quod blande monitus cum saepe negasset,  
denique censores constituere diem.

debitor interea mortem exactorque tulerunt,  
causaque majori cessit inacta minor.

Carcophas patriis successit rebus ut heres, 375  
sic quoque solvisset debita rite patris.

poscere nec veniam nec solvere curat, eamus!

convictum facili calliditate tenes;

non didicit causas gallâ tractare loquelâ,  
praeposuit franco danubiâle solum; 380

Teutonicus miser et rudis est, ut papa salignus,  
stridula bavarico gutture verba liquans:

ore mihi franco causam committe tuendam,  
indiget ille suae compositore vicis.

V. 376. sic que B. — sic non placet, malim si. — V. 378.  
conjunctim C. —

*Baldewinus autem a partibus Caroli Simplicis stetit, cui Arnulfus Franciam proprie sic dictam cedere cogebatur. Baldewinus itaque feudum non ab Arnulfo, ut postulabatur, recepit. Interea debitor Baldewinus anno 879 et exactor Arnulfus anno 899 diem supremum obierunt re infectâ. Quam rem ut ad finem perduceret, Reginarius suavit Zwentibolco, qui perfidum consilium, si poëtae credimus, secutus est. Bona fiducia est agnomen Baldewini, qui ferreus dictus est, quod semper armatus incedebat. Fiduciam in armis collocavit. — V. 379—84. Si haec de Zwentibolco dicuntur, optime in eum quadrant, sed a Baldewino sunt aliena. Zwentibolcus neque gallicam linguam callebat neque francicam, ipse ut pater Arnulfus solum francicum postposuit Danubio et Bavariae, unde et Bavarorum stridulâ et gutturali dialecto imbutus Francis habebatur miser et rudis Teutonicus. Auctor personas mutavit, forte prudentiae causa, neque tamen ea res aequales suos facile in errorem inducere potuit.*



reddere pellicium primo clamore coactus, 385  
 exuet, incautum me duce fisus adi!  
 quid dubitas?“(dubitabat enim,) „semel, obsecro, tenta,  
 quam sine versutâ sit meus arte favor;  
 si res ista tuo fuerit contraria voto,  
 me glutito tuae curva catasta gulae.“ 390  
 Ille ratus verum, quod cogitat esse lucrosum,  
 incidit auditâ conditione plagam:  
 „nescio te, Reinarde, parem cui suspicer esse,  
 tu meus es fautor, tu meus hostis item.  
 at monitis ubicunque tuis obtempero, laedor, 395  
 cedo tamen, veluti sis mihi fidus adhuc.  
 indice, ni fallor, famâ mihi debuit ille  
 pellicium, et fraus est hac mihi facta tenus.“  
 „patruæ, fama meae concordat idonea voci,  
 dicere tam nosti me tibi vera magis. 400  
 hac iter est, mora segnis obest, succede, praeibo,  
 et qua continuant lucus et arva mane;  
 hostibus horret ager, ne nobis triste quid obstat,  
 ad silvas asinum qualibet arte traham.“  
 Protinus invento vulpes praedixit asello 405  
 propositum fraudis, nec dolet ille sequi;  
 invenere senem silvarum extrema tenentem,  
 Carcophas rauco ter sonat ore: „vale!“  
 „frater, ave hoc falsum est, si me salvare cupisses,  
 jam mihi venisset res mea missa domum; 410

---

V. 391. verbum C. — V. 396. credo C. — V. 397. iudice C. fallar B. — V. 403. obest B. — V. 409. salvare AC. emendavit J. Grimmus salvare, quod recepi, B salutare, quod metrum admittere vetat. —



nunc tam redde libens quam commodus exigo, facque  
denuo ne repetam, nunc repetisse feram.“  
„nil tibi me recolo, domine Isengrime, tulisse,  
debita do, quod lex publica mandat, agam.“  
Consilio vulpes accitur, itemque reversi 415  
constiterant, vulpem bis jubet ille loqui;  
jussa locuturum paucis praevenit asellus:  
„nequaquam placita hîc rebar agenda mihi,  
inconsultus ob hoc feror huc, opus ergo tuente  
si fuerit, vocem consiliumque peto.“ 420  
„utquid consilium, frater, vocemque requiris?  
quaeruntur patruo debita certa meo.  
pellicium reddi, quod tanto tempore debes,  
et tu cujus eum cernis egere jubet.“  
tunc seriem causae a fundo perstrinxit, et addit: 425  
„taliter haec retines debita tamque diu.  
quot tu pensus oves, hoc damnum ponderat orno,  
hanc massam damni mittit amore tui.  
laetius ac citius tam solvere justa memento,  
quam superas sensu divitiisque patrem. 430  
dedecet ingenuos patriâ probitate carere,  
opprobrium pravis stirps generosa parit.  
pauperior totâ meus austeritate suorum  
patruus hoc anno bis sua testa novat.  
est quater undenis haec larva tibi insita lustris, 435

V. 416. vulpes B. — V. 423. redde B. — V. 426. retinens B. — V. 427. hic B. — V. 450. sensu, *Grimmius ex conjecturâ censu; vulgatam secutus sum, quod sensu ad laetius, divitiis ad citius referendum est, quae antithesis cadit, si emendationem illam admittimus.* — V. 451. pietate C. — V. 453. auctoritate C. austeritate B. — V. 454. testa B. —

nec tu credis adhuc hanc senuisse satis.  
 exue! fructus erit duplex tibi, debita solvis,  
 et nova succrescens dat tibi cappa decus.  
 et quam ferre diu potuit, scis leniter illum  
 supportasse, suae nunc eget ipse rei. 440  
 credita qui reddit, rursus debere meretur,  
 redde, nec excusa, nec tibi quaere moram!  
 ditior es genitore tuo, meliusque videris  
 solvere posse, tuus quam potuisse parens;  
 mater ibera quidem, genitor tibi francus, et ipso 445  
 ditior atque ortu clarior illa fuit.  
 at tibi nobilitas amborum cessit, opesque,  
 astu praeterea, quod tibi crevit, habes.“  
 Haec ubi burgundo vulpes expresserat ore,  
 consilium et vocem poscit asellus item, 450  
 Isengrimus iteinque negans ait: „improbe, debes,  
 hoc est consilium, rem mihi redde meam!  
 quis tibi consuleret melius? mea quaero, secusne  
 ac mihi solvendo conciliare putas?“  
 „patruae, parva aliquando solet res profore multum, 455

---

V. 445. yspara C. — V. 448. crescit B. — V. 449. bergundo AB. — V. 454. quam pro ac B. potes BC. —

---

V. 445. *Carcophas est Baldewinus II sive Calvus, Flandrorum comes, filius Baldewini senioris v. 375. Mater Ibera fuit Judith, filia Caroli Calvi imperatoris, qui Iberus dici poterat, quod Aquitaniae praefuit, cui terrae una cum Hispania Wisigothi ante Francos imperarunt. Constat igitur, uxorem Baldewino et ditiolem et nobiliolem fuisse. Aetas Baldewini II non omnino congruit v. 435, nam eo tempore vix 35, nedum 44 annos natus erat, ut forte legendam sit: estque ter undenis etc., nisi rem hyperbolice intelligamus.*

cominus huc aures arrige, pauca loquar.“  
 (arrigit ille aures,) „omnino cepimus istum,  
 perdere nil poteris, justa querela tua est.  
 consulturus eat, meque oratore loquatur,  
 deterit hic nullo forma colore prior. 460  
 ille vafer nimis est fortassis, voce negatâ  
 altius appellans vim sibi clamet agi.  
 debita, ni caveas, reddet, sed reddita vendet,  
 forsitan et quaestu quaestio pluris erit.  
 aucupis ut laqueo non evasura tenetur, 465  
 unguibus et pennis improba saevit avis.“  
 „ite! feram, sed quae posuisti, fixa manento!“  
 — Consultu redeunt: „patrue, recta sapis.  
 nec mihi Carcophas nisi rectum velle videtur,  
 te quoque, si verum est, quod profitetur, amat. 470  
 dicit enim, quia quidquid habet pretiosius, ultro,  
 si tribui peteres praeciperesve, daret.  
 poscere si praesens nolles, per quemlibet illi  
 mandasses miserum, praesto fuisset ovans;  
 sed quia pellicium fertur debere, nec offers 475  
 legitimam turbae testificantis opem,  
 te putat, ut bonus es, non hoc ab jure petisse,  
 sed se nil meminit juris habere tui.  
 nec tibi se, quot dicis, oves minuisse, nec unam,  
 si fuerit solvens cetera, quoque modo; 480  
 suspicionis agit tam sera exactio causam,  
 contigit haec rerum mentio prima die;

---

V. 462. clamat BC. — V. 477. reputat. — haec B. — V. 479.  
 sed tibi C. sed quod B. meminisse C. — V. 480. fueris B. —

te tua jura putat (totiens extranea tollis,)  
 non dilaturum sponte fuisse diu;  
 aut igitur testes, quibus possit credere, quaerit, 485  
 aut ut praejures pignora sacra super;  
 et de stirpe suâ cum lectis ipse refellet,  
 aut legem auxilio deficiente feret.  
 [sed modo nil debet, nec vult debere quid unquam,  
 mos malus est hodie et cras quoque sicut heri. 490  
 se tibi formidat nunquam persolvere posse,  
 reddere si tulerit jussa tributa semel.  
 rusticus ut solvens debet tamen usque tyranno,  
 nec fiscum papae Gallia trina replet.“]  
 „huc, Reinarde, veni!“ (venit,) „quid consulis actu?“ 495  
 „solvere si vellet, rector ille foret,  
 quaerit recta tamen;“ „vis jurem?“ „patruae, quidni?  
 audacter jura, perdere turpe tua est.  
 scit bene Carcophas, quod non evadere possit,  
 quaerit cancellos, solvere taedet eum. 500  
 non habet auxilium, si sic sineretur abire,  
 pellicium vellet dimidiare libens.

---

V. 486. perjures B. — V. 491. sed tibi B. —

---

*V. 489—94. interpolatoris esse credo, namque v. 489. repugnat versibus 488 et 414., atque v. 490 sententiam senioris aevi exhibet. Quod sequitur distichon, de tributis narrat, at lupus non tributa poscit sed commodatum i. e. feodum, ideoque haec exactio tributorum serius aevum aequè prodit. Quae denique duobus ultimis versibus de fisco papae perhibentur, nullo modo in seculum X quadrare possunt, sed ad XIIum pertinent, Eugeniumque III hinc ut saepius in carmine vituperari (cf. adnotatt. ad lib. III, v. 1045) non est; quod dubitemus.*



protinus abstabunt, quoscunque elegerit, illi,  
 sciris enim praeter recta movere nihil.  
 denique quid paulum tibi perjurasse nocebit? 505  
 tot fratrum pro te postulat usque chorus.“  
 „desiperem, toto si pars mihi carior esset,  
 quis mihi relliquias afferet? aequa velim.“  
 „patruae, relliquiae, gradiamur, cominus adsunt.“  
 ventum est ad pedicam; „patruae, fige gradum! 510  
 prospice, quid jures, capitur, qui pejerat istic,  
 nec sinit hic sanctus gratis abire reos.  
 debita si nosti te justa requirere, jura!“  
 quidquid avet, rectum cogitat esse lupus,  
 impositumque pedem coëuntia robora prendunt, 515  
 „patruae, juratum est sufficienter, abi!  
 jurandi reverens Carcophas solvere praesto est,  
 porro sine emendâ solvere posse, rogat.  
 sacramenta quidem, te malle remittere partem  
 quam jurare ratus, dixit agenda sibi. 520  
 perjurasse tamen convictus debita perdis  
 pignora, si môris sacra, movere cave!  
 immotis digitum sacris subducere tenta!“  
 attonitus casu stat lupus, atque silet.  
 „patruae care, quid hoc? captivus paene videris, 525  
 relliquias môsti, culpave major obest.  
 debuerat numus tua juramenta praeisse  
 placandis sanctis, nec datus ille fuit.  
 pignus ob hoc temet sanctus sibi vindicat ipsum,

V. 503. astabunt B. — V. 510. siste B. — V. 511. capitur  
*omissum est in C.* — V. 515. pendunt C. — 520. jurasse B. —  
 V. 522. moveris B. — V. 526. nosti C. —

me quoque ne capiat sanctus, abibo, mane! 530  
 non poteris redimi, plus numo pignus amatur,  
 pes vadium numi vel pede majus erit.  
 mancipium sanctis collo corioque dicarer,  
 si vadium vellent credere, nempe negant.  
 [verum multa solent contingere, patruae, fures 535  
 raptoresque hodie secula docta sacrant,  
 pontifices rapiunt, sectantur furta decani,  
 namque hi, si raperent, praeda repente forent.  
 raptor eras, sanctique suum novere sodalem,  
 nunc raptum comitem semper habere volunt. 540  
 sanctificant subito sancti, quodcunqueprehendunt,  
 incipit idcirco pes tuus esse sacer.  
 intrasses utinam sanctorum scrinia totus!  
 nunc de te tantum pes modo sanctus erit.  
 atque utinam sanctis omnes caperentur ab isdem 545  
 a quibus es captus, quos tua vita tenet!"]  
 Tunc duo discedunt, ubi nollet, tertius haeret.  
 tunc male deceptum se lupus esse videt,  
 pertaesus tardare malis pejora redemit,  
 abmorsumque suo deserit ore pedem. 550

---

V. 530. ni B. -- V. 541. quaecunque C. —

---

*V. 535—46. uncinis inclusi utpote ab interpolatore insertos. De rapacitate sacerdotum eadem fere ratione supra jam questus est lib. III, 1131 sqq.; ceterum hinc ironiam non illepide continuavit.*

## FABULA IV.

## Das wilde Heer der Salaura.

Hos tandem finire volens fortuna labores  
 projecit miserum mortis in ora senem.  
 ereptus pedicis in guttura dira Salaurae  
 incidit; ad lucum venerat usque miser,  
 illic scropha papae glandes quot quinque ter ultra 555  
 miserat annoso ventre Salaura vorax;  
 callida vel solo rerum, quas viderat, usu,  
 vafrior abbatum pontificumque novem.  
 secula sex tulerat Reingrimi dira trineptis,  
 ne vindex prisco debita deesset avo. 560  
 tunc, ut saepe alias, miser Isengrimus et illam  
 cogitat ingenio fallere posse suo.  
 „pax tibi, pax, matrina, tibi, carissima, quantum  
 temporis est, ex quo vexor amore tui!“  
 ut venisse senem vidit pedis unius orbum, 565  
 despicit irridens: „quomodo, frater, ita est?  
 antierius dudum nimirum antistes et abbas  
 candelabra duo ducere suetus eras,  
 pars unius abest, id cuius in aede locasti?

---

Fab. IV. inchoat C literâ majori, in A spatium pro ini-  
 tiali majori reperitur, B hæc habet: sequitur XXI exemplum,  
 quomodo Ysengrinus refert Salaurae actus suos et vult eam  
 osculari tanquam suam matrinam et ipsa diffidens deo petit  
 dici missam, et interim convocat progeniem suam et insurgit  
 in ipsum, et extraxerunt omnia viscera sua et mortuus est et a  
 scropha comestus. — V. 559. Reingrini C. — V. 561. nunc B.  
 — V. 567. alternis C. —

corporis at moles alleviata parum est.“ 570  
 ille suos narrans casus sibi robora abesse  
 cladibus et senio, ne metuatur, ait.  
 „nunc, matrina, nihil nisi solam cogito pacem,  
 cerno mihi modicum temporis esse super.“  
 „proximus, ergo neci quid agas?“ „praerimor et opto 575  
 jungere matrinae basia justa meae;  
 offero, tuque refer pacem,“ jamque ibat ad illam  
 paulatim, veluti basia fida gerens.  
 „sta, penitus sta, frater ibi! tua cognita fors  
 est tibi, sed nondum regula nostra patet. 580  
 tu monachus caperes, si ferrem, basia nonnae,  
 quae timet ad missam jungere nupta viro.  
 adde, quod et nondum *primae* nola nuntia tinnit,  
 orta recens lux est,“ (luxque erat orta recens;)  
*missa* solet *pacem*; non pax praecedere missam, 585  
 ergo prior fiat missa futura prius.“  
 „claudico, non possum missam celebrare, nec alter  
 presbyter est nobis, quis celebraret eam?“  
 „quis celebraret eam? nisi summa magistra suillae  
 abbatissarum religionis ego? 590  
 abbatissa feror nonnis praelata trecentis,  
 vox tamen illarum nullius aequa meae est.  
 trans abiit mea fama Dacas, nec pone manenti

---

V. 571. *rectius* robur, *plurali opus non est*. — V. 582. ad-  
 missam BC. —

---

V. 570. corporis moles dicitur, quod Isengrimus pingue-  
 dine gravatus esse videtur. Tangit enim poeta hanc rem lib.  
 II, 78 sqq. qui locus inter primarios habendus est, et l. I, 1101  
 ubi sarcina trunci memoratur. Quod vitium corporis Caro-  
 lingis peculiare fuisse testatur cognomen Caroli Crassi.



abbatissa tibi nota Salaura fuit?  
 silvestrem missam, quam tu mireris et ipse, 595  
 debita, fer, donec venerit hora, canam.“  
 „jus didici, matrina, tuum, nunc accipe nostrum,  
 ridendo redeant praestita liba domum.  
 carnea clanga mihi non aerea nuntiat horam,  
 non nola me signum sed gula lata, docet 600  
 fit mihi non Phoebus sed venter temporis index,  
 sit fors, quod didici, cum jubet ille, cano.  
 credere si vellem semper mea tempora caelo,  
 quando sub inductis nubibus hora foret?  
 nec nox atque dies aequato examine pendent, 605  
 defecat nimium prodigus exta sopor:  
 visne ministerium celebrem tam luce modo altâ,  
 quam propter sancti festa Johannis ago?  
 aestivae lucis nocte hac mihi *tertia* visa est,  
 cum canerent galli carmina prima senes. 610  
 taliter arguerent tua tintinnabula tempus?  
 omnia servo intus nullaque signa foris.  
 tam meus iracunda movet mihi cymbala venter,

---

V. 598. redeant excidit in B. — V. 602. sic C. — V. 605.  
 nunc AC. — V. 606. defetat BC. —

---

V. 601. coll. 613. *lupi voracitas perpetuam carminis argu-*  
*mentum est. Zwentibolcus helluo fuisse videtur, molemque*  
*corporis sibi contraxisse nimio esa carnum, unde sexcentis*  
*in locis dicitur, eum carnibus abstinere non potuisse.* — V. 610.  
*galli senes, ambigi potest, utrum sint monachi gallici an galli*  
*gallinacei. Illa explicatio mihi magis probatur. Res igitur*  
*gesta esse videtur in vicinia monasterii franco-gallici, et*  
*adultâ quidem aestate, ut e festo S. Johannis v. 608 et ex*  
*v. 605 colligitur.*

nocte quoque ut mediâ, ni pudor obstet, edam.  
 nec fuit horarum clanga experientior usquam, 615  
 etsi fudisset papa suavis eam.

incipere, quod nosti, non curo, carmen agreste  
 an silvestre canas, si placet hora tibi.  
 pace datâ faciam, ne nostro discrepet usu,  
 sin autem, dico tempus adesse meum. 620

papa parum maneat, missam abstima pransane curat,  
 sobrius en ego sum, pax mea labe caret.

ergo mihi dilecta simul matrina sororque,  
 (praeter enim missam singula nosco satis,)

tantum lenè ferens quantum lucrare reluctans, 625  
 nostra tibi pax est experienda semel.

sed quid verba juvat pacem praeeuntia nosse,  
 si dederit misere lator ineptus eam?

si cui jactari probitas sine crimine posset,  
 edidici pacem ferre decenter ego. 630

tanta meae pietas et tanta peritia pacis,  
 hoc infra medium notificabo diem,

ut mea matrinis et neptibus oscula figam,  
 saepius exiguis grandia frustra trahens.

experieris idem, neu quartum deesse queraris, 635  
 candelabra super sto tria firmus adhuc.

„quandoquidem, frater, scis tempus adesse, canatur,

V. 615. non B. unquam C. — V. 616. suavis BC. — V. 621.  
 prensa vetatur B. prensa C. — V. 634. frustra EC. — V. 635.  
 ne B. —

V. 616. papa suavis, i. e. presbyter suevicus. Auctoris  
 aetate optimae campanae a monachis suevicis fusae sunt.

sed nequeo cantum promere sola gravem,  
 huc ades, immorsamque mihi preme fortiter aurem,  
 ut tua concussis dentibus ora crepant; 640  
 confratres, quorum spissa ac promucida dentes  
 occulit, elatâ voce vocabo meos;  
 oscula sacra quibus securo adstringere labro,  
 cum dandae pacis venerit hora, queas.  
 oscula praebenti vereor tibi reddere morsum, 645  
 vix inhibent dentes tenvia labra meos.“  
 „o veniant fratres, quorum est promucida pinguis!  
 spissum aliquod sequitur pinguia labra latus.“  
 haec tacitus secum, prensâ mox aure Salauram  
 fortiter angebat, sus levat acre melos. 650  
 sus super aequa levans monachordum jura canebat  
 altius, et falso sex diapente sono.  
 Allobrogas pretium si speret carminis omnes,  
 clangere tam nequeat tenviter ipse Satân.  
 „officiûm, matrîna, probo, sed scandis inepte; 655  
 deficies mediâ voce, remitte fidem.“  
 „hospite te, frater, festivius organa clangunt,  
 rarus es hîc, ideo clarius oda sonat.  
 officium laudas, aliter *graduale* sonabit,  
 donec conveniat concio nostra, mane! 660  
 nec, si forte roges, comitamur cantibus Anglos,  
 musica ter ternos fertur habere modos.  
 hisque plagis binis distinguitur ordo tonorum,  
 nescio quis legem rusticus hancce dedit.

V. 638. quantum *pro* cantum B. — V. 654. cum *pro* tam  
 BC. — V. 658. carus B. — V. 662. trinos B. — V. 663. hisque  
 C. tenorum BC. —



at vetus in nostro jam musica viluit usu, 665  
 terminat undenis musica nostra tonis.  
 harmoniam quandoque damus ter quinque modorum;  
 isque solet nostri carminis esse tenor:  
 Becca mihi cantum sesqualterat, inde Sonoche  
 vocis epitritae pondera subtus agit, 670  
 Baltero vero baco, pronepos meus, anglicus ybris,  
 quid villane, putas, qualiter ille canit?  
*cunctipotens* quotiens poscunt encaenia, sive  
*alleluja* petit festus herile dies,  
 hic grossum diapente tonat sub voce Sonoches, 675  
 et modulus Beccae duplicat ore gravi.  
 dum sic organici damus intervalla melodis,  
 alternat dulcem concio mira lyram.  
 cetera turba modos confusâ lege vagantes  
 ordine romano deprimit atque levat. 680  
 eja nunc stringas, si quid sapis, acrius aurem!  
 proxima prosperitas, quam tibi quaeris, adest.  
 vix angente lupo vocem dabat illa secundam,  
 audiit infesti Becca magistra gregis:  
 „proh proceres, proh cara soror!“ nil addidit, ultra; 685  
 undecies senos concutit ira sues,  
 undique „proh!“ frendunt, „proh, proh!“ frendore juvatur  
 cursus, agi pennâ non pede quemque putes.

---

V. 667. tibi *pro* ter C. — V. 669. quantum C. sescalterat  
 B. — V. 670. agat C. — V. 672. *ratio linguae* poscit canat,  
*sed omnes canit exhibent.* — V. 678. nostra *pro* mirâ C. — V.  
 686. concitat C. —

---

V. 674. herile, *vid. adnot. ad lib. III, 1476.* — V. 685.  
*proh, onomatopoeia est, imitatur grunientes porcos.*



non aliter trepidum clamore ac turbine mundum  
 proculcare ruent Gog comitante Magog. 690  
 porcellus Cono, proles generosa Salaurae,  
 ter septem junctus fratribus ante volat,  
 utraque Cononis matertera quinque Sonoche,  
 subsequitur natis Beccaque freta decem;  
 pignoribus septem fidens Burgissa subibat, 695  
 quam dicunt amitam, Cono, fuisse tuam;  
 Baltero postremus ruit instigatque ruentes  
 sex generos, fratres quattuor, octo nurus.  
 Hos lupus infelix ut vidit rictibus amplis  
 spumosa rabiem fundere, flare minas, 700  
 offendi terram fremitu, molirier ornos,  
 impete dirigit, non stetit absque metu;  
 esse sibi, qualem dare venerat ipse, daturos  
 fingebat pacem, cessit ab aure parum.  
 risit scropha nocens: „utquid, vesane, relinquis 705  
 officium? persta, stringe parumper adhuc!  
 pax perlata fere est, forsan, ni strinxeris aurem,  
 me cantante nihil cassa caterva redit.“  
 „cantavit tua turba satis, didicere profecto  
 tollere clamose carmina prima nimis.“ 710  
 „siccine tu credis nostros cantare sodales?  
 erras, frater, adhuc concio nulla sonat.  
 comperies cantum, cum venerit hora canendi,  
 ut video, templum rarus inire soles.  
 in templis taciturna praeit confessio missam, 715  
 rure licet positi nos imitamur idem;

---

V. 705. relinques C. —

murmure submisso sua nunc delicta susurrant,  
 inde canent luco vix patiente sonum.“  
 Vix bene finierat crudelis scropha loquelam,  
 Cono ferit miseri posteriora senis, 720  
 et frustum praegrande rapit de clune sinistrâ.  
 oscula juravit prava fuisse lupus:  
 „tam subito primae qui pacis repperit horam,  
 devoveant illum Roma Remisque simul!  
 ordine legitimo pacem rebamur agendam, 725  
 sed nescit rectum rustica turba sequi.  
 nonne magister eram vitâ senioque verendus?  
 aetatem superat sola Salaura meam,  
 rerum ergo series si vobis recta placeret,  
 ore meo primum pax tribuenda fuit.“ 730  
 „si tibi rennuero pacem, Isengrime, secundam,  
 prima velim pejus, quam mihi poscis, eat.  
 ne primam invidiâ ferar importasse vel irâ,  
 foederis haec nostri testis et obses erit,  
 nec timeas, ubi prima jacet, non figo secundam, 735  
 accipient pacem singula membra suam.  
 nescieram, donec prorupit mentio pacis,  
 missa quod a nobis esset agenda tibi.  
 eja nunc audi, quod *epistola* sacra loquatur!“  
 bisque fere quantum demserat ante tulit. 740  
 affirmant Britones, dextrâ de clune putatum,  
 quantum tresse solet vendere cerdo Remis.  
 „lectio finita est, tantum modo fortiter omnes

---

V. 718. nam *pro* nunc C. — V. 730. foret C. — V. 734.  
 hoc B. — V. 736. accipiunt B. — V. 742. cresse BC. — V. 743.  
 tantum BC. —

tollite! sit nullus, qui reticere velit!  
 accipe quaesitum, frater carissime, carmen! 745  
 sic, ubi sacrantur templa vetusta, canunt;  
 hoc *graduale* boni nos edocuerunt Suavi.  
 protinus in monachum tota caterva furit.  
 sed grex multus erat, dumque omnes vellere quaerunt,  
 jam medius lato stat lupus orbe procul, 750  
 circumstantque licet pressâ statione coacti,  
 ad plenos ictus copia nulla datur,  
 ultima divellit solos promucida villos,  
 praevalidi quidam frustula parva trahunt.  
 incipit irasci monachus, nec vulnera, quamvis 755  
 parva forent, laeto cordo ferenda putat.  
 pulsibus aspiciens offendi Baltero fratrem,  
 semotus gyro clamat ista jocans:  
 „quid facitis, stulti! sapitis nihil, unde venitis?  
 creditis hunc ludum posse placere mihi? 760  
 hospitibus caris sic vos cantare soletis?  
 hostibus hoc vestris, non mihi, debet agi.  
 sic cantetur ei, qui sic *graduale* notavit,  
 gaudeat et cantor carmine sicut ego.  
 luditis ut fatui, male luditis, iste profecto 765  
 ludus villanos vos probet esse reos.  
 colligere egregie socios didicisse putatis,

V. 744. tollunt C. — V. 746. venusta C. i. e. recens aedificata, nova, quod vero in lupum non quadrat, qui nec juvenis nec venustus erat, et vetusta templa sacrare ironia est, quam conservandam censui. — V. 765. hic cantetur B. vocavit C. — V. 766. probat BC. subjunctivus mihi magis arridet, quia Baltero loquitur, quippe qui gentem suam directa ratione rusticam appellare nolit. —

colligitis sane sicut agreste pecus.  
 quas super hoc ludo grates sperare potestis?  
 ludus omittatur, dum liquet esse bonum. 770  
 heu, genus illepidum, fugite hinc! nisi protinus iste  
 desierit ludus, non ego lene feram.  
 venimus huc, matrina, tuo, fidissima, ductu,  
 meque tibi recolis saepe fuisse pium.  
 hos age Judaeos, jocus hic malus incipit esse, 775  
 ne pejor fieri possit, abire jube!  
 nolo diu duret jocus hic, pro me anxior, ante  
 quam scierint, possunt laedere me, oro, veta!  
 quando quid incipiunt, ratione tenacius urgent,  
 pessima quae potuit monstra cacare Satan. 780  
 divide nos subito, propera intercurre nobis,  
 offensam ludus forsitan iste parit.“  
 quo suus hanc pronepos intendit Baltero sannam,  
 noverat in primo cauta Salaura sono:  
 „suffer, amice graves cruciatus corde quieto! 785  
 constantes animas carnea poena beat.  
 fortiter et longum aedituus vasa aerea tundit,  
 dum sperat plenâ lucra futura manu.  
 ut salves animam, tormentis subde cadaver,  
 verberat electos ira benigna dei. 790  
 nec furor hos saevire facit, dilectio suasit  
 hoc opus, ut poenas hîc patiare tuas.  
 si quid habes culpae, gauderes pendere vivens,  
 post obitum cruciant longa flagella reos.  
 denique venisti moriendi nescius istuc, 795



(hoc praeter solum cuncta peritus eras,)

mors tibi discenda est, non delibabere morti,  
 nolo feras mortem, sed doceare mori.  
 discere nunc debes, qui doctor saepe fuisti,  
 virga aliis fueras, nunc tibi virga vacat.“ 800

Suspensus senior, quis tam lugubre seorsum  
 plangeret, haerebat mente oculoque vagus.

Baltero suspicitur post Beccae terga, senemque  
 respicit irridens: „frater, ubi esse putas?  
 hîc tibi fautores sperabas affore paucos, 805  
 speratis plures, ne verearis, habes:

nempe ego nunc collega tibi fidissimus adsum,  
 Beccaque te multum scrophâ fidelis amat.  
 distractus paulo ante tui meminisse nequibas,  
 quo tibi erat, pro te qui loqueretur, opus. 810

hactenus ergo dabam verbum, quasi tutemet essem,  
 clamque apud hos omnes Becca gerebat idem.  
 quod si scire libet, cur convellaris ab istis,  
 contendunt, primùm quis tuus hospes erit.

nescit iniquus homo panis meminisse comesti, 815  
 nos opis acceptae non meminisse piget.  
 saepe coëgisti scisso velamine nostros  
 currere cognatos in penetrale tuum;  
 ergo tuam mavult pars nostri scindere vestem,  
 quam, quo vis, si vis, ire sinare semel. 820

elige, nobiscum maneat, invitus an ultro,  
 nil nisi te raro nos penes esse queror.“

---

V. 797. delibabere B. quod metrum non fert. — V. 802.  
 vaga C. — V. 812. haec linea erasa est in C.

talibus intento seniore subassilit, atque  
 eradit laevum callida Becca pedem.  
 „gaudeo vosque velim mihi congaudere sodales, 825  
 non hodie quoquam noster amicus abit.  
 arrhabo, quam mihi quaero, datur pes iste manendi,  
 „hunc dedit, et plures sponte dedisset adhuc.“  
 sus partim mentita fuit, dedit ille profecto  
 sponte pedem, sed non sponte manebat ibi. 830  
 Isengrimus humi velut oraturus in ora  
 labitur, accedit dulce Salaura rogans:  
 „obsecro, pro me etiam, domine abba, precare, merebor,  
 matrinae veteris quaeso memento tuae!  
 scilicet hoc saltem nostri memorabere signo, 835  
 accipe!“ et invisum perfodit illa latus;  
 multifidumque extraxit hepar germana Sonoche:  
 „aspice, quod fecit perfidus iste nefas!  
 glutierat librum, quo pax oblata daretur,  
 et mihi latorem se fore pacis ait. 840  
 inventus liber est, omnes admittite pacem!“  
 indubiam senior sensit adesse necem:  
 „illepidam rabiem, stulti, fraenatè bisiltes!  
 mortiferum nostis vulnus inesse mihi.  
 mors, Mahamet, patienda mihi est! ignobile lethum! 845  
 unius indultu conciliate precis.  
 cedite dumtaxat, donec ventura prophetem,  
 effugere anisi, cedite, quaeso, parum!“

---

V. 825. subtersilit C. — V. 830. manebit B. — V. 835. Ysengrine *pro* abba C. — V. 842. indubium, *omnes*. — V. 845. bisiltes B. — V. 846. indulti conciliante B. — V. 847. credite B. —

ceditur: ille canit, plaudit fortuna canenti,  
     prona nocere aliis, non bene velle seni.      850  
 „en morior, nec vita potest mihi longior esse,  
     exequiis celebris nox erit, ista meis.  
 prospera mors misero nunquam tardare roganda est,  
     mors omnes miseros, pensat honesta dies.  
 octo dies pariter nunquam laeto omine vixi,      855  
     nunc pressere meum pessima fata caput.  
 interitum turpem celebris vindicta secundat,  
     turpiter emoriar, vindicer ergo probe.  
 expleat hoc Agemundus opus, foris ille pudendae  
     arbitrator est, mortem vindicet ille meam!      860  
 haec equidem non est ingens in daemone virtus,  
     sed quaecumque potest, perficit absque dolo.  
 dedecore ille novo genus impleat omne Salaurae,  
     ultor in extremam saeviat usque tribum.  
 hactenus admoto claudebat pollice portam,      865,  
     pollice semoto postmodo pandat iter,  
 turpibus ut ventis nunquam impetus absit eundi,  
     laxentur patulae nocte dieque fores!  
 haec somnum, haec vigiles, aerumna haec laedat edendo,  
     nec siliquam capiant hac sine labe brevem!      870  
 flatibus ergo malis obstacula nulla resistant,  
     nec tenui strepitu sibilet aura nocens,  
 ut caveant homines, et quem prope laeserit aër,  
     verberet infidum devoveatque genus.  
 pars hominum probro non inferiore prematur,      875

---

V. 858. *emendandum videtur secundet et emorior.* — V. 859.  
 age mundus C. — V. 867. eundo C. —

moribus insignes excipiuntur herae.

obsequa si fuerit stirpis quid nacta profanae,  
segnities illam continuata premat!

nox hiberna brevis miseræ videatur, ut orto  
solè ter undecies surgere jussa neget; 880

saepe inter scapulas vestita recumbat, itemque  
descendat toto semiparata thoro;

recidat in spondam, non excussura soporem,  
ter nisi sit dominae poplite pulsa suae:

brachia tunc costasque humerosque et crura femurque 885  
temporaque et collum strenuus unguis aret.

inter mulgendum citra nimis usque vel ultra  
subsideat, variam lacte tenente viam,

pars tunicae, pars stillet humi, pars influa mulctro,  
imputet hoc sedi, dissideatque loco. 890

tum meus adstringat fallaciter ostia daemon,  
pressa parum laxans, et prope laxa premens,

ut quotiens sellam demoverit obsequa, longo  
eruptu luctans horreat aura foras.

rarescat butyrum super illo lacte, levique 895  
attactu laedens ustulet ignis idem.

mos suus emulctâ bove saepe resopiat illam,  
excutiat plenum dum pede vacca cadum.

futile sit mulctrum, sit futilis obba, putrescant  
lacte sinus, colae limus inesto jugis! 900

non expectatâ dormitum nocte recurrat,

---

V. 876. *forte melius* excipiantur. — V. 880. tibi *pro* ter BC. — V. 886. arat B. — V. 888. subsideant B. — V. 891. tunc BC. — V. 894. foris C. fores B. — V. 896. attractu C. acta tu B. V. 899. olla C. —



dormiat officii nullius ante memor.  
 in lare quodcunque est utensile sive supellex,  
 esto vagans, sparsim singula jacta cubent!  
 straba supinetur, transversa cathedra jaceto! 905  
 prodeat aut redeat sospite nemo genu!  
 urceus, olla, lebes, coclear, lanx, pelvis, ahenum  
 scrutaque diversae sparsa vagentur opis;  
 integra mane, eadem sint vespere fissa, reliquit  
 sana cadens titan, fissa videto redux! 910  
 haec dabit ille meae daemon solatia morti,  
 amplius est illi non potuisse datum.“  
 Finierat senior. verum fortuna prophetam  
 illius auxilio daemonis esse dedit;  
 cujus ut accipitris rostrum, juba sicut equina est, 915  
 catti cauda, bovis cornua, barba caprae,  
 lana tegit lumbos, dorsum plumatur ut anser,  
 ante pedes galli, post habet ille canis;  
 sub quo posteritas premitur damnata Salaurae,  
 et mulier stirpis quaeque quid hujus habens. 920  
 „audi, quod jubeam, domine Isengrime, propheta,  
 nulla unquam nunna est nomine functa meo,  
 nemo tuo vatum; mutetur nomen utrimque,  
 sis mihi tu Jonas, et tibi cetus ego.  
 ecce prophetatum satis est, tibi, sicut amico 925  
 dicitur, in musac projicere meum.

---

V. 909. scissa C, *haud inepta lectio*. — V. 910. fixa B. —  
 V. 911. salaria C. — V. 916. labra *pro* barba C. — V. 920.  
 habet C. — V. 921. *rectius* quid. — V. 922. nonna B. — V.  
 925. utrumque B. — V. 926. minsac B. *est teutonica locutio*  
 min sac *i. e.* saccus meus. —

ingredere ergo meam felix alacerque tabernam!  
 impensum sumtûs omne remitto tui;  
 nec quibus hibernum possis expellere frigus,  
 defectura tibi ligna timebis ibi, 930  
 nec duce me vectus niniveam tendis ad urbem,  
 non in suspectâ te regione vomam,  
 sed donec securus eas, ac sponte quiesces;  
 istud amicitiae pignus habeto meae!  
 tam celeris nulli provenit gloria sancto, 935  
 si crepere hunc probitas immoderata daret.  
 primum sacra suis emergunt corpora tumbis,  
 clarescunt signis, inde levantur humo,  
 denique vulgantur scripto commissa feretris:  
 dissimiles meritis non decet unus honor. 940  
 hi post fata diu, tuque incassabere vivens,  
 nec famam meritis praebet arundo tuis.  
 scimus enim, jam sanctus ades, jam dignus inire  
 scrinia, jam pleno dignus honore coli.  
 si scires, ratio quam congrua suadeat illud, 945  
 ut vellem peteres, si facere ipsa negem.  
 nam scriptura refert, quod amari debeat hostis;  
 omnis amans hostem dignus amante deo est.  
 hoc ago praeceptum, si quonam quaeris in hoste,  
 quis mihi ventre meo verior hostis obest? 950  
 me flagris, me saepe minis, me pulsibus infert,  
 hunc, rea ne fiam, perditionis amo;

V. 936. hunc pro eum. cf. adnot. III, 844. — V. 945. digna  
 B. — V. 949. ago deest in C. — V. 950. mihi deest in C. —  
 V. 951. pro flagris lacuna in C. — V. 952. hunc sc. ventrem,  
 δεικτικῶς.

namque hic cuncta mei devastat lucra laboris,  
 quod vi, quod furtim, quod paro jure, vorat;  
 quodque magis dulce est, hoc offero laetius illi, 955  
 ut plenum sacro pectus amore geram.  
 sanctior hoc amor est quo purius hostis amatur,  
 nec mihi, te excepto, carior hoste quis est.  
 ergo ego proposui carum committere caro,  
 quam mihi complaceas, experiare velim. 960  
 tu mihi dilectus dilectum intrabis in hostem,  
 ut mea saepe hostem stirps tibi cara tuum.  
 utque sacer discurrat amor, nos ibis in omnes,  
 non mereor tantâ sola salute frui.  
 conditus ergo simul dignis donabere capsis, 965  
 notitiam meritis hoc epigramma dabit:

UNUM PONTIFICEM SATIS UNUM CLAUDERE MARMOR  
 SUEVERAT, EX MERITO QUISQUE NOTANDUS ERIT.  
 UNDECIES SENIS JACET ISENGRIMUS IN URNIS,  
 VIRTUTUM TURBAM MULTA SEPULCRA NOTANT. 970  
 NONO IDUS JUNIAS EX ORTU VERIS IS INTER  
 CLUNIACUM ET SANCTI FESTA JOHANNIS OBIT.

---

V. 957. hic BC. —

---

V. 971. *Zwentibolcus occisus est idibus Augusti anno 900. Abbatia Cluniacensis condita est a Bernone comite anno 894. Auctor vero aliam temporis notam in mediam profert, quae explicatione maxime indigere videtur. Ac primum nono idus dici nequit, namque octavus dies semper idus appellatur, et quidquid ultra octavum diem numeratur, nonarum denominatione venit. Nono idus positum esse pro ipsis idibus mihi quidem constat, quod numerale nonum cum idibus conjungi non potest. Idibus Juniis; item alio sensu accipiendae sunt idus Juniae ab ortu veris. At ver oritur mense Martio, Junius*

Tunc hepar ereptam crudelis scropha voravit,  
 irruit in reliquum turba cadaver atrox,  
 discindunt miserum, citiusque vorata fuisse 975  
 frustula dicuntur, quam potuisse, mori.  
 avellit diaphragma simul cum corde Sonoche,  
 fisa sigillatae pacis habere notam:  
 „Becca, quid hîc habeo? deus hoc dedit, amodo sane  
 pace sigillatâ fungimur, ecce vide!“ 980  
 sorbuit ut librum pacis, sic ista sigillum,  
 elicuit guttur cardine Cono cavum:  
 glutierat socii flatricem pacis, et ipsam,

---

V. 981. omnes iste, haud dubie ex errore, cum v. 984 iste denuo occurrat; restitui ista e vv. 978 et 985, nam haec de Sonoche dicuntur. — V. 985. deest hic v. in C. glutierant — in ipsam B. —

---

*sextus mensis est; quod si Martio sex menses supputamus, in Augustum incidimus. Auctor itaque, si quid video, ambagibus illis nil aliud quam idus Augusti indicare voluit, quae temporis notitia cum morte Zwentibolci optime congruit. Inde patet, festa S. Johannis non ad tempus sed ad locum quendam spectare, qui in vicinia monasterii Cluniacensis situs esset. Quem locum item fuisse monasterium et quidem feminarum tum ex mentione Cluniaci, tum e sexu Salaurae colligere fas est, et huc forte referuntur, quae supra v. 610 dicta sunt. Fuit antiquissimum monasterium sanctimonialium, S. Johanni Baptistae dicatum, ad muros civitatis Augustodunensis, quod exeunte sec. VI conditum est. At nomina abbatissarum, quae tempore Zwentibolci coenobio praefuerunt, ignoramus. Qua disquisitione si auctorem recte intellexi, Zwentibolcus rex occisus est Cluniacum inter et Augustodunum in Burgundia et quidem a clientibus monasterii S. Johannis Augustodunensis. Annalium scriptores in univ ersum memorant, regem in Lotharingia caesum esse, quae terra eo tempore latiori sensu accipienda est, quo et Burgundiam comprehendit.*



ne quid perfidiae deforet, iste tubam.  
 „cornicinor pacem, matertera, tuque sigillas, 985  
 mater habet librum, pax modo plena viget.“  
 Taliter interiit miser Isengrimus. ego autem  
 ut notam scripsi, credulus esto legens!  
 vix mihi quam penitus periit, si dixero, credes,  
 ut mihi credatur vix memorare queo; 990  
 parte minus minimâ porci superesse tulerunt,  
 si fuerit partes sectus in octo pulex. —

---

V. 987. notam, scilicet mortem, necem. —

---

V. 992. Hoc versu auctor carmen terminavit, quae sequuntur, ab interpolatore addita sunt, singulosque locos adnotavi, e quibus probari potest, hancce continuationem recentius esse commentum. Imprimis male me habet disputatio ista super exequiis instituendis, quam et inutilem et inanem reputo. Auctor morte Isengrimi omnia exegit, dilaceratus est lupus, sepulturâ caruit, inde exequiae inutiles, et inanis disputatio, nihil enim rei inest altercationibus Reinardi et Salaurae, ut ex omnibus hisce sermonibus fabula nullum incrementum capiat. Interpolator hoc additamento ingenium suum luculenter commonstravit, ut ex hujus scriptionis indole ceteri quoque loci suspecti haud raro dijudicari possint. Hic suam additionem antiquo textui subjungit sine ulla praeparatione, quemadmodum supra fecit (IV, 295.); idem sententiarum ornatus, qui lectorem fatigat, hic reperitur, et doctior allusio (v. 1039 tragoedia, 1040 Maro, cf. III, 1555. furiis IV, 1091), quae simplicitati obfcit. Denique longa illa expositio historiae sacrae, ubi res ab ovo repetuntur, ut ad excidium mundi veniatur, maxime repugnat genio veteris fabulae.

---

## FABULA V.

D i e H i l a g e.

[,Cana genas annis, sed mentem canior astu,  
 omnes te sequimur, fare, Salaura soror!  
 dicitur hic abbas olim praesulque fuisse, 995  
 quamquam noluerit pectoris esse boni.  
 qualibus impensis honor exequalis agetur?  
 nil prosunt animae dona precesque malae,  
 perdita namque anima est, sed honestas publica mundi  
 exequias celebres et sacer ordo petit.“ 1000  
 „Becca soror, mihi crede, licet meus iste sit hostis,  
 si semel implesset quod probitatis opus,  
 non me auctore foret privandus honore sepulcri,  
 hunc scelerum nunquam poenituisse liquet;  
 ordinis ergo sacri pereat reverentia, postquam 1005  
 occubuit, cujus vita nefanda fuit.  
 numquid, apostolici quod erat collega senatûs,  
 promeruit Judas exequiale decus?  
 quo magis alta tenet nequam, magis ima meretur,  
 et bonus ex humili surgit ad alta loco. 1010  
 extulit Isaïdes frontem diademate regni,  
 disperiitque deo projiciente Saul.  
 perfidus hic itidem, non curo praesul an abbas,  
 quam prius ascendit, tam modo vilis erit.

---

*Fab. V. hoc argumentum habet in B: sequitur XXII exemplum, quomodo Salaura et Becca sorores concordant, quod Ysengrinus non habeat sepulcrum, quod vita ejus nefanda fuit; et recapitulat quaedam facta antiqua. — V. 993. haec Becca dicit. — V. 997. qualibet BC. impensus B. impensas C. — V. 1002. quid B. —*

Has decet exequias illud, quo papa dolosus 1015  
 christicolas siculo vendidit aere duci.  
 proh, pudor in coelo! dolor orbe! cachinnus averno!  
 regna duo monachus subruit unus iners.  
 eheu, me miseram! quam novi flebile verbum,  
 cur adeo linguae fraena relaxo meae? 1020  
 „cara, refer nobis, germana, nec occulte tactum,  
 quidquid id est, verum ne recitare time.“  
 „cara soror, boreas, oriens, occasus et auster  
 comperit ac deflet, nec tibi monstra patent?  
 quî vos ergo lues, nisi non mansistis in orbe, 1025  
 quae nullum potuit clima latere soli?  
 christicolae populi collectas novimus iras  
 barbariem contra concaluisse procul.  
 hic satis est nostras rumor perlatus ad aures,  
 —felicemque homines creditur isse viam. 1030  
 consilio et jussu papae sua seque dederunt,  
 casibus incertis arbitrioque dei.“  
 „cur ergo perhibes quia vendidit? immo redemit  
 christicolas omni crimine papa bonus.“  
 „cara soror, nimium clamas, reminiscere sexus, 1035  
 moereat, exultet femina, clamor obest.  
 rem tetigi, tetigisse piget, sed quaelibet ortum  
 postquam res habuit, non habuisse nequit,  
 incidit attonitam lacrimosa tragoedia mentem,  
 quam posset vates vix superare Maro. 1040  
 quod si me premeret penuria nulla loquendi,

---

V. 1015. illud, *schol. A* addit: aes. — V. 1016. deus *pro*  
 duci B. — V. 1025. quae A. — V. 1026. *deest v. in B.* quod  
 C. — V. 1030. hominis B. —

parque modus calami materiaeque foret,  
 immemor esse suae non debet femina sortis,  
 vincula naturae rumpere nolo meae.  
 femina sit reverens, quamvis praeclara loquentem 1045  
 hunc sexum nimio non decet ore loqui.  
 dissecor in bivium, non haec omnino taceri  
 convenit, et non sum talibus apta modis.  
 hoc igitur ritu, qui nobis competit, utar,  
 jure sibi innato femina flere potest. 1050  
 materiam fletu, sexum sermone tuebor,  
 et tenuis moesto planget avena sono.  
 conjugis extincti sic fortia facta modeste  
 flet referens conjunx strennua, flensque refert.“  
 Plancturae graviter cari pro morte Salaurae 1055  
 Reinardus veluti voce dolentis ait:

---

V. 1055. B. sequitur XXIII exemplum, quomodo Reynardus quasi inscius mortis Ysengrini, patruī sui, plangit eum, et petit consepeli sibi. —

---

V. 1042: calami, cf. modis v. 1048 et avena v. 1052. haec mihi suspecta sunt, tanquam recentiora et interpolata. Poëta argumento praecipue excidit, cum v. 1042 Salauram quasi poëtriam scribentem (namque id calamus sibi vult) induceret; hic enim omnis cogitatio scribendi a re alienissima est, et interpolator, personae oblitus, se atque suum iudicium in ejus locum substituit. Ceterum quae hoc loco de Rogerio duce (i. e. rege) Siculo ejusque fautore Eugenio III. pont. max. perhibentur, ad annum 1147 pertinent. — V. 1048. animadvertamus hanc captationem benevolentiae (a v. 1057—48), qua scriptor anxie se excusat, si quid mali de pont. max. narraturus sit, quae res senioris aevi vestigia exhibet. Ac statim hanc materiam, quasi perterrita, seponit, flet Salaura, exemplumque affert, quod hic locum habere nequit.



„domna Salaura, tui singultus detege causam!

nescio cur, species sed tibi flentis inest.

an patruo violenta meo fors contigit usquam?

si super hoc doleas, ede, dolebo simul. 1060

dic, Cono, reticet mater tua,“ (namque tacebat,

anxia principium carminis unde trahat,) 1061

„dic mihi, Cono, precor, quid habet mea domina doloris?

evenit patruo quid nisi dulce meo?

nil ego vos novi laturos tristius esse, 1065

ni fallor meriti vos meminisse putans.“

sic, quasi nesciret Reinardus facta, rogabat,

omniaque agnorat, cominus inde latens.

„non hodie ad missam, frater Reinarde, fuisti?

festa tibi curae debuit esse dies. 1070

quae te causa, miser, fecit tam sero venire?

missa hodie est patruo saepe iterata tuo.

desiit esse malus, mores projecit iniquos,

nil sceleris faciet postmodo, nilque doli.“

„ergo obiit certe? proh, patruae dulcis, obisti? 1075

heu, tumultum sine me, patruae care, tenes?

addite me patruo! miseri subducite cippum!

commoriar patruo, vivus inibo lacum.“

„frater, tumba prope est, accede, rotaberis intro,

exilem nobis praebuit ille cibum.“ 1080

„falsificabo prius, quaecunque Salaura loquetur,

nescio, quae siquidem dicere falsa parat,

et cras ingrediar vivus patruae sepulcrum,

V. 1067. sed C. — V. 1074. scieris — dolet AC, non dubitavi, quin lectionem cod. B. in textum admitterem. —

laude caret probitas immoderata nimis.“  
 „frater, si patrum, sicut testaris, amasti, 1085  
 nunc patruo dulci contumeliosus obi.  
 propositum felix dilatio saepe resolvit,  
 libera sit virtus, prodeat absque morâ.  
 nil, nisi non fieri, virtus concepta timeto,  
 incide, dum pietas aestuat alta, necem!“ 1090  
 „non dicar furis, sed amore, in fata salisse,  
 actio cor stultum praecipitata probat.  
 mentibus in pravis virtus concepta tepescit,  
 at mihi mens eadem cras hodieque manet.  
 tempore vera fides interlabente caescit, 1095  
 mens furiosa tepet, qua levitate calet.“  
 Postquam conticuit vulpes, et tota Salaurae  
 concio, vox tristem solvit amara lyram.  
 „Quam longum divina ferat patientia fontes?  
 peccando facile est quaerere, nosse grave est. 1100  
 iudicis asperitas magno anticipanda timore est,  
 optima peccatis est medicina timor.  
 ubere si laqueos proventu gratia nondum  
 conterit, hoc saltem est allicienda modo.  
 sint hodie sordes, metuatur poena Gehennae, 1105

---

V. 1099. B. sequitur XXIII exemplum, quomodo Salaura  
 proponit quaedam exempla et notabilia et quomodo Reynardus  
 redarguit ipsam de aliquibus dictis, et concludit, quod Ysen-  
 grinus, si esset superstes, ulcisceretur obloquium Salaurae fa-  
 tuae, a qua occisus est. et sic finitur liber. — V. 1000. facile  
 quaerere A. — V. 1103. mundum C. —

---

V. 1098: lyram, *exquisitor locutio, quam in auctore non  
 deprehendi.*

et miser in vitiis horreat esse suis.

qui metuit parce, pravos non diligit actus,  
 nolle timere malum, pejus amare mala est.

qui non sponte cadit, miserabilis esse videtur,  
 labentes ultro sistere nemo cupit. 1110

protinus alternant certamen flebile, prave  
 hinc transgressor agens, hinc deus acta ferens.  
 donec perversos, ultra quam parcere iudex  
 devovet, in poenas exigat aequa dies.

lis ea saepe habita est inter mundumque deumque, 1115  
 et quasi devicto pessima palma deo.

quid referam Sodomae foetores atque Gomorrae?

quod commisit Adam, quod jugulator Abel?

quid Noë fluitantis aquas, animosque gigantum,  
 niliacas pestes, et Pharaonis iter? 1120

impia quid Dathan et Abiron facta Coraeque,  
 inque eremo varias agmina passa neces?

splendentis vituli scelus, et male manna cupitum,  
 quid Balaam fraudes, insidiamque Balac?

Amalechitarum, Jericho, Ismaëlis et Assur, 1125  
 atque Philisteos, Antiochique manus?

quid, cum saevierit fornax chaldaea lacusque,  
 et quem non homines ut timere ferae?

quid torrens Cison, quid cladis comperit Endor,  
 pestibus hîc populos hîc cecidisse fame? 1130

quid Canadae gemitus, pravorumque idola regum,  
 quis secuit vatem, fataque tristis Heli?

---

V. 1106. sini AC. — V. 1107. diligit C. — V. 1110. lam-  
 bentes B. — V. 1118. quid — quid B. —

quod tulit Helias altare, quis inter et aedem  
 et qui sub duplici vate ruere viri?  
 et quae praetereo mundi portenta nocentis, 1135  
 ne desperato sine vagetur opus?  
 finiit has tandem vindex sententia lites,  
 noluit omnipotens secula prava pati.  
 mittitur humano discretor corpore septus,  
 qui paleas urat puraque grana legat. 1140  
 mittitur Emanuel, quem si Judaea sequatur,  
 si minus, in tenebras, quas meruere, ruant.  
 addictus post probra cruci est, diffunditur ergo  
 blasphemiae toto plebis in-orbe furor.  
 ex hoc dura manus punit, non sustinet hostes, 1145  
 haec est, quae miseros obruit ira gravis.  
 nunquam venturi cassa expectatio Christi,  
 exilium, tenebrae, morsque salute carens.  
 plectuntur sontes, nec, quem vicere ferentem,  
 iratum possunt exsuperare deum. 1150  
 immodice parcens manet immoderabilis ultor,  
 quique diu tulerat, nunc sine fine ferit.  
 non ergo Hebraeos miror gentesque perire,  
 quos praejudicii poena tenacis habet;  
 non secus in mundo quam daemones ante creari, 1155

---

V. 1133. elyas B. saltare C. — V. 1134. et tibi sub B. —  
 V. 1135. praeterea C. — V. 1142. tenebris B. — V. 1155. quem  
 AB. daemonis arte B. daemones AC. —

---

*V. 1153. alludit persecutioni Judaeorum, quae in Germania praecipue ad Rhenum facta est, anno 1146. Gentes sunt Slavones trans Albim et Livones, et Saraceni, qui eodem tempore tum in Oriente tum in Lusitania debellati sunt.*



insita confectos vindicat ira reos.  
 qui summere fidem, quibus est baptisma tributum,  
 involvi priscâ perditione queror.  
 prima crucis satio messem dedit ubere fructu,  
 vinea labruscas multiplicata tulit. 1160  
 paulatim reprobo coepit rarescere mundo  
 spiritus, excessu corripiente sacrum.  
 prorupit Satanas vitiosum liber in orbem,  
 omniaque in scelera est irreverenter itum.  
 secula damnavit rursum polluta creator, 1165  
 pura tamen bonitas usa tenore suo est.  
 noxia non subito zizania messuit ense,  
 horribiles longum praefremuere minae.  
 praenorunt miseri, non excusare sinuntur,  
 iudicium mundi machina trina dedit. 1170  
 transsumsere suas elementa ac tempore leges,  
 deseruitque prior non loca pauca situs;  
 aestive transivit hiems, hiemaliter aestas,  
 intorsit tonitrus, fulminat udus Hylas.  
 Mulciber hibernus combussit templa domosque, 1175  
 severunt hiemem carcinus atque leo;  
 instar parmarum crystallos Saxo jacentes  
 repperit in campis obstupuitque suis.  
 extimuit glaciem, qui tutus staret in enses,  
 concutiente novo fortia corda metu; 1180

---

V. 1162. christus pro spiritus C. — V. 1166. plura B. —

---

V. 1174. Hylas et Mulciber recentioris sunt poëtae sive interpolatoris, auctor ejusmodi eruditione non utitur.

duruit in terram mare, terra liquatur in aequor,  
 piscibus accessit campus, arena satis;  
 evasit discrimen aquae pro navibus utens  
 nantibus in fluctu plurima terna casis.  
 prodigium refero, quod Fresia tota fatetur, 1185  
 consolidatque agri sessor agerque fidem.  
 demolitus agrum cum possessore domoque  
 protulit externi pontus in arva viri.  
 publica litigium tandem censura diremit;  
 incola, cuius humum nemo videbat, abit; 1190  
 quique superficiem fundi vellusque superne  
 vindicat, hic liber iudice plebe sedet.  
 hoc in iudicio non sensit Fresia rectum,  
 qui dominus fundi legitime esset agri.  
 excussit templis ingentia tigna trabesque, 1195  
 et longinqua tulit ventus in arva furens;  
 fugit in extinctâ populus sua tecta favillâ,  
 et repisit geminâ vix ope tutus homo;  
 vix aplosa solo tenuerunt corpora fortes,  
 horruit ingenti turbine terra tremens; 1200  
 nocte sub hibernâ Phoebi radiantior ore  
 cernitur arctoum flamma cremare polum,  
 noctibus innumeri bello concurrere soles,

---

V. 1181. duriter B. — V. 1182. satis *i. e. segeti*, arena  
*scil. maris*. — V. 1184. nautis B. — V. 1191. quisque B. — V.  
 1197. inextincta B. *quod melius*. — V. 1202. aëreum B. —

---

V. 1185. *haec maxima et funestissima inundatio maris  
 accidit in Fresia anno 1164 die IX Januarii, ut etiam v. 1201  
 indicatur.*

sanguineus lymphas horrificasse rubor;  
 bis latuit teter Titan, causamque latendi 1205  
 non soror aut nubes terreave umbra dabat.  
 omnia dixerunt clades elementa futuras,  
 nec tetigit tantus pectora dura pavor.“  
 Coeperat abbatissa loqui lugubria flendo,  
 et lacrimae imbuerant millibus octo solum! 1210  
 auribus ut surdis foret intolerabile verbum,  
 -clamor ad undecimum venerat usque polum.  
 excidium mundi plancturam triste Salauram  
 corripuit vulpes: „stulta Salaura, sile!  
 praescio, quid penses, sceleris damnare dolique 1215  
 pontificem latium, perfida porca, cupis.  
 dicere vis, quia dux Jerosolmam aetneus ituros  
 christicolas timuit, per sua regna gradi,  
 papa ergo, siculi ducis aere illectus utroque,  
 argolicum populos carpere suasit iter.“ 1220  
 „casibus atque dolis Grajorum immissa famique  
 regna duo monachus subruit unus iners,  
 praeter quos pelagi rabies et pesticus aër,

---

V. 1210. *v. erasus in C.* — V. 1211. *verba tria ab initio erasa in C.* — V. 1217. *Jherosolimam, omnes, sed correctum est in A.; ethneus, omnes, scholiastes A addit: i. e. Vulcanus, unde patet, scribendam esse aetneus, a monte Aetna; est igitur synonymum pro duce siculo (Rogerio), qui supra v. 1016 memoratur.* — V. 1219. *utrumque aes, auram et argentum.*

---

*V. 1221—26. haec Salaura dicit, quamquam mss. haec omnia Reinardo adscribunt. Est enim oratio directa, qua sententiam suam firmare nititur, atque repetit vituperationem, quam supra v. 1018 emisit.*

et fraus Argolidum perdidit atque fames;  
 in convalle virûm duo millia somnus et imber 1225  
 enecuere, altis undique septa jugis.“  
 „improba, tu nescis, hoc quare papa benignus  
 fecerit, ausculta, cognita dico tibi.  
 dimidiare solet numos ignobile vulgus,  
 et dirimit sacram rustica turba crucem. 1230  
 hoc scelus est ingens, hic mundi pessimus error,  
 taliter errantes papa perire dolet.  
 qui secat ex numis obolos, in frustula mille  
 quotidie hunc Satanas dividat ense suo.  
 scit bonus hoc pastor, stolidasque in devia labi 1235  
 et per opaca trahi compita moeret oves,  
 salyificare animas omnes vult papa fidelis,  
 coelitus est illi creditus omnis homo.  
 idcirco aes siculi sumsit, francique tyranni,  
 angligenae et daci et totius orbis avet. 1240  
 omnes namque animas hominum salvare laborat,  
 quaque licet, dirum vult abolere nefas.  
 non valet, ut vellet, totum delere reatum,  
 qua sinitur, scindi stemma salubre vetat.  
 materiam minuit signum coeleste secandi, 1245  
 quamvis non valeat tollere prorsus eam.  
 hoc tulit aes siculum pacto, et pietatis eodem  
 totius immensas tolleret orbis opes.  
 aes sibi non rutilum, non aes desiderat album,  
 vult sibi commissum salyificare gregem. 1250

---

V. 1236. versus 23, qui sequuntur in ms. C. penitus fere  
 sunt erasi deletique. J. Grimm. — V. 1249. nec aes B. —



in sua quot librat thesauros scrinia, servat,  
 non creat inde abolos, integra quaeque tenet.  
 pontificem ergo pium cur proditiōne nefandâ  
 arguis? ignoras, quod bene nosse putas.  
 patruē care, jaces! utinam efficerere superstes, 1255  
 obloquium fatuae non paterere suis,  
 innocui papae fieres spontaneus ultor,  
 stultitiam linguae penderet ista suae.“]

---

V. 1256. obloquium B. — V. 1257, 58. *penitus erasi* C. —  
*subjungit* B. explicit Ysengrinus et Reynardus.

---

*A indicat numerum versuum hoc modo: M. M. M. M. M. M. D. C. LXX. IIII. versus habet; eadem nota alio colore conscripta repetitur, tunc versibus etiam composita est sed a manu recentiori:*

bis tria millena sexcentaque septuagena  
 et metra bis bina tenet ista fabella lupina.

*porro idem numerus signis romanis et arabicis adscriptus est VI. DC. LXXIII. 6674. In cod. C. ultima linea deleta est, sed adhuc apparent hae literae: LXX, e quibus conjicere libet, eandem notam numeralem huic quoque codici additam fuisse. Quae notitia codici autographo inscripta esse videtur, ut poeta vel negligentiam librariorum evitaret, vel interpolatores averteret. At nullus nostrorum mss. hunc ambitum poematis exhibet, A continet vv. 6558. B. habet adhuc vv. 6598, desunt autem in lacunis hujus ms. 9 vv. et exciderunt incuria librarii vv. 3; itaque ambitus ms. B. erat versuum 6610; et C, si vv. erasos numeramus et solummodo ommittimus eos, qui ex incuria librarii exciderunt, vv. habet 6576., editio nostra 6600; desiderantur itaque 74 versus. Lacunas, quibus versus illi exciderunt, tam justâ ratione indicare, ut nullum dubitationis argumentum supersit, sanè difficillimum est. Sunt quidem in carmine loci, ubi ipsa codd. mss. conditio monstrât, textum mutilatum esse ut lib. I, v. 318. 377. 490., quibus locis desunt hexametri, et lib. I, 1251 ubi pentameter desideratur. Sed alia hujus rei vestigia non reperi; et si fragmenta illa tanquam genuina recipimus (quae vero nulla ratione commen-*

dantur), quatuor tantum disticha lucramur, quibus defectam illum majorem reparare non possumus. Itaque plura disticha librariorum incuriâ ommissa esse, non est, quod dubitemus, et locos excitavi, quibus negligentia ista animadverti posse videtur, quos hic adnotaverim: lib. I, 1543. lib. II, 58. 93. 1147 et lib. IV, 5. 294. Sed multitudinem versuum, qui hisce locis desiderantur, accurate definire non licet; neque tantus eorum numerus est, quo praescriptum carminis ambitum explere possumus. Ceteram hanc notitiam ambitûs non ab auctore carminis sed ab interpolatore profectam esse nullus dubito. Exemplum habemus Casparis, a silva Rôna dicti, qui vetusta carmina heroica in epitomen redegit et cuique numerum stropharum adscripsit.

### ADDENDA CRITICA.

Carminis hujus natura et indoles nec non latinitas mediæ aevi aequè sibi postularunt, ne criticas curas huic opusculo severius adhiberem. Paucas itaque conjecturas attuli, easque maxime necessarias: at cum textus nonnullis in locis adhuc vitiosus sit, hocce spicilegium emendationum mihi addendum videbatur, ut lectoris commodo consulere.

Liber I. v. 6. pro quam legendum est quo, contra auctoritatem codd. mss. — V. 618. fuit rei magis consentaneum videtur, quam foret. — V. 666. ore pro oro commendari posse videtur. — V. 975. forte distichon deest, namque oratio parochi ex abrupto orditur. — V. 1024. fuit pro Foret. — V. 1202. recidit metro adversatur, emendetur. decidit. — V. 1246. bibet melius congruit cum spe lupi quam bibat. — V. 1458. forte urgebat pro ungebat.

Liber II. v. 206. in ora sedes, germanismus est, melius ad ora. — V. 392. praeferendum videtur indicativus praestat, namque dubitatio vulpis hic locum habere non potest. — V. 496. malim abstantes pro absentes. — V. 678. cogar melius respondet conjunctivo dicam, qui praecedit. — V. 679. eloquar ex eadem ratione restituendum videtur. — V. 829. interpunc-

*tio desumta est e cod. A.; si legis atque pro utque, et post hoc vocabulum comma ponis, sensus aequae bonus vel adeo melior oritur. — V. 1106. sive e cod. B. decipit indocilem; sed val-gata lectio optima est. — V. 1117. sive Satanae, quod mihi magis probatur.*

*Liber III. v. 411. creditisne hunc pro creditis huc. — V. 982. praestabunt pro perstabunt praefendum est. — V. 1076. dum — fuit pro cum — foret. — V. 1129. scholiastes A. ad-dit: i. non curant, quid agant. forte huic adnotatio vestigia lectionis exhibet: non curant, quidquid agendum. — V. 1188. abit, sed obit impugnandum non est, quamquam metaphora inconsueta. — V. 1225. sive legas sit pro si, sive tu pro at, namque versus, qualis nunc est, incomtus videtur. — V. 1675. forte ortus pro aetas. — V. 1701. quia, minus recte, sensus postulat quod — V. 1703. mihi quidem docetur multo magis arridet. — V. 2106. A virgulam ponit post tempora, itaque ex mente hujus librarij verba quam spe-ras pertinent, ad hora. — V. 2155. malim respirat pro et spirat. — V. 2159. sive restituas nam sive et pro at, hoc enim non quadrat, cum jam sed praecedat. — V. 2250. forte putes pro putas. — Post v. 2179 distichon deesse videtur, namque sensus, qualis nunc est, ob contortam linguae rationem mini-me laudari potest. —*

*Liber IV. v. 5. si legis qui — rogat, sensus melius conti-netur cum praecedentibus. — V. 11. me, deest a, versus in-compositus et durus est. — V. 138. tempora, ut B. legit, pro-batur, sed exemplaria codd. AC. habuisse videntur retia, quod incuria librariorum in tertia depravatam est. — V. 140. vocet sive ferat pro vocat. — V. 455 et 468 aliquid deesse videtur, namque narratio justo brevior est. — V. 477. pro ab legerim sine. — V. 490. supple hic mos etc. — V. 499. acc. cum inf. restitui potest, se non evadere posse. — V. 575. A virgulam habet post praerimor, si hunc sensum sequimur, emendandum est agam, et v. 575 non ad Salauram spectat, sed lupi sermo continuatur. — V. 992. genas, usitatius est comas canus, quod restituendum censeo, nam cum haec interpolatoris sint, pecu-liaris sensus voci genas inesse non videtur.*

---

# ZUGABEN.

## I. HANDSCHRIFTEN UND IHR VERHÄLTNISS.

### HANDSCHRIFT A.

Sie gehört der Universitäts-Bibliothek zu Lüttich, wo ich sie im Sommer 1829, als ich die dortigen Handschriften durchsuchte, unter alten Papieren entdeckte, und stammt aus der Abtei S. Truyden in der jetzigen Provinz Limburg, wie die Inschrift auf dem Blatt 2, a bezeugt: „Liber monasterii Sancti Trudonis. B. 8.“ und würde wol auch dort geschrieben. Sie ist gut erhalten, zählt 110 Blätter in klein Oktav, die in Quarterne vertheilt sind, auf jeder Seite dreissig Zeilen, und beginnt auf der innern Seite des ersten Blattes. Das Pergament ist dick und schmutzig-gelb, die Tinte ziemlich schwarz, die Schrift aus der Mitte des 13ten Jahrhunderts und zwar von drei Händen. Der erste Schreiber führt eine schöne teutsche Hand und geht bis Blatt 81, a, wo ihn der zweite Schreiber unterbricht, der inmitten der Seite 11 Verse ausradirt und anderst geschrieben. Hierauf fährt der erste wieder fort bis Blatt 86, a, wo gegen Ende der Seite der andere wie-



der beginnt und bis Blatt 87, b fortfährt. Die Buchstaben des zweiten Schreibers sind nicht so gebrochen, wie die des ersten, die Schrift sieht gleichmässiger und schöner aus, ist aber nicht so deutlich, wie bei seinem Vorgänger und hat eine blasse Tinte. Es ist eine französische Hand. Der Dritte hat nur das Blatt 88 geschrieben, eine teütsche Hand, aber nicht so schön wie die erste. Von Blatt 89, a bis 93, a hat die zweite Hand fortgesetzt, den Schluss (von 93, b bis 110) hat der erste Schreiber beigefügt. Man sieht hieraus, daß alle drei gleichzeitig sind. Die häufigen Rasuren und Rescriptionen dieser Handschrift sind in den Noten bemerkt und beweisen nichts als genaue Durchsicht der Handschrift, sobald sie fertig war. Im 14ten Jahrhundert hat sie noch Jemand aufmerksam durchgelesen und einige Lesarten aus einer andern Handschrift nebst Scholien beigeschrieben. Ich bin meistens der Interpunction dieser Handschrift gefolgt. Sie hat das Eigene, daß sie vor *et* oder *-que* in der Regel ein Comma setzt (was ich beibehielt, wo ich es vorfand), dagegen das Relativ unmittelbar dem Vordersatz anschließt (wie die Franzosen), was ich aber nicht nachahmte, sondern die teütsche Schreibart vorzog.

#### HANDSCHRIFT B.

Gehört ebenfalls der Universität zu Lüttich und kommt aus dem Kloster der Kreuzbrüder zu Huy an der Maas laut der Inschrift: „Liber conventus fratrum

sanctae crucis Huyensium, Leodiensis diocesis,“ und: „conventus cruciferorum Hujensium.“ Sie ist zwischen zwei andern Schriften: „de consolatione vitae humanae“ und „Thomas de Aquino super tertio de anima“ gebunden, zählt 97 Blätter in Quart, hat rothe Inhaltsanzeigen, wechselt in der Anzahl der Zeilen auf der Seite, gewöhnlich zwischen 32—38, und ist zu Ende des 14ten Jahrhunderts mit Urkunden- oder Kanzleischrift auf kalkigem Pergament geschrieben, dessen innere Seiten weiß, die äusseren schmutzig-gelb sind, welches durch seinen Kalkstaub die Augen angreift. Der Schreiber hat häufig für Verse, die er in seiner Vorschrift nicht lesen konnte, den Raum leer gelassen. Ich verdanke die längere Mittheilung dieser beiden Handschriften der Gefälligkeit des Herrn Bibliothekars Fiefs in Lüttich.

### HANDSCHRIFT C.

Gehörte zuerst dem Stephan Baluze, jetzt der königl. Bibliothek zu Paris, wo sie Jacob Grimm im April und Mai 1814 abschrieb. Sie ist bezeichnet: „bibl. du roi No. 8494, cod. membran. olim Baluzianus. Ibi continetur dialogus Isengrinum inter et Remardum (sic) versibus elegiacis, qui quidem dialogus satyricus Jacobo Merlando tribuitur a Stephano Baluzio. Is codex seculo decimo quarto videtur exaratus. Olim cod. reg. No. 6669<sup>2</sup>; Baluz. No. 862.“ In der biblioth. Baluz. III. complectens codd. mss. p. 128 ist die Handschrift bemerkt: „No. 862. rithmi Jacobi Merlanti.“ Grimm

fügt bei: „auf dem Einbände des Ms. rythmi Jacobi Merlandi. Es ist königl. Einband, also der Titel aus Baluz. cat. genommen.“ Die Handschrift zählt 127 Blätter in Duodez, gewöhnlich 25 bis 26 Zeilen auf der Seite. Gegen Ende ist sie sehr beschädigt auch hie und da in der Mitte mangelhaft und radirt, wie ich bei jeder Stelle nachgewiesen. Baluze's Irrthum über den vermeintlichen Verfasser ist durch die niederländischen Anspielungen des Gedichtes entstanden.

In Teütschland hat man bis jezt keine Handschrift des Gedichtes gefunden, in Frankreich und Niederland mügen noch einige vorkommen. Die Heimat der Handschriften ist Lothringen in seinem alten Umfang.

Alle drei Handschriften setzen am Anfang einer neuen Periode vor den Vers ein Paragraphenzeichen q und AB bei jedem Denkspruch ein nota auf den Rand. A ist die fleissigste Handschrift und hat die besten Lesarten, B läßt mehr Schreibfehler zu, C aber ist so nachlässig und fehlervoll geschrieben, daß ich gegen Ende des Textes nur diejenigen ihrer Schreibfehler bemerkt habe, die man zur Noth noch für Lesarten halten kann. Mit Ausnahme der Ergänzungen liefert keine Handschrift erhebliche Abweichung im Texte, A und C stehen sich am nächsten, B weicht hauptsächlich durch die Eintheilung des Textes in Fabeln (exempla) ab, hat aber die Zal der Bücher strenger beibehalten als A. Sämmtliche Handschriften gehören zu einer Familie, daß es noch eine andere gab, läßt sich fast schon aus den Lesarten des Scholiasten in A schliessen. Darauf leiten auch die verdorbenen Stellen, zu deren Verbesserung die drei Hand-

schriften nicht hinreichten und nur Vermuthungen erlaubt waren. Andere Stellen geben einen erträglichen Sinn, werden aber mit geringer Veränderung der Lesart treffender und geistreicher. Aus Mangel an Quellen muß man mit dem minder Guten vorlieb nehmen, und glücklicher Scharfsinn wird noch mehr solcher Beispiele nachweisen als ich gethan habe. Überhaupt müssen die Handschriften häufiger gewesen seyn, weil die Fabel in Lothringen und Frankreich durch Mönche fortgebildet wurde. Es läßt sich nicht verkennen, daß die zwei Gedichte „Luparius“ und „Asinarius“ in Sprache, Versmaafs, Ausdruck und Einkleidung unserm Gedichte als Vorbild gefolgt sind, wenn sie auch weit hinter seinem Geiste zurück bleiben.

## II. BEILAGEN ZUR KRITIK DES TEXTES.

### I. REINHART.

Durch Eckharts Nachweisungen ist bekannt, daß man schlaue und treulose Menschen bei den Franken Fuchse schalt. Dazu kann ich einen weiteren Beleg geben, der wenigstens älter ist, als die Umdichtung der Sage. Hildebert, Bischof zu Mans und Tours (geb. 1057. gest. 1134.) sagt in seinem *physiologus* vom Fuchs (opp. ed. Beaugendre, Paris 1708. p. 1175):

*sic cum fraude viri sunt vulpis nomine digni,  
qualés hoc plures tempore sunt homines.*



dasselbe Gedicht enthält eine Stelle, welche mit der Sage I, v. 270 sqq. manche Ähnlichkeit in Wort und Gedanken hat, daher ich sie beifüge:

in terram fusam se tendit atque supinam,

et, quasi mortua sit, flamina nulla trahit.

cornix aut ater corvus putat esse cadaver,

insidet, ut comedat, morsibus excoriat;

illa (*vulpes*) levis surgit subitoque volatile sumit

dentibus, et tristem reddit edendo vicem.

## 2. ISENGRIM.

Eine merkwürdige Stelle, worin der Merowinger Theuderich II mit dem Wolfe verglichen wird; findet sich im Frédegar, chron. c. 38. zum Jahr 612., wo es heisst: Leonisius, Magancensis urbis episcopus, diligens utilitatem Theudericum et odiens stultitiam Theudeberti, ad Theudericum veniens dixit: „quod coepisti, perficito, satis te utiliter oportet hujus rei causam expetere. Rustica fabula dicitur, quod cum lupus ascendisset in montem et cum filii sui jam venare coepissent, eos ad se in montem vocat, dicens: „quam longe oculi vestri in unamquamque partem videre praevalent; non habetis amicos, nisi paucos, qui de vestro genere sunt; perficite igitur, quod coepistis.““ Theuderich befolgte den Rath und unterdrückte seinen Bruder Theudebert. Ein teütscher Bischof von Mainz beruft sich hier auf eine Volkssage (*rustica fabula*) und bezieht sie auf den König ohne Anstand. Teütsch wird wol auch die Sage gewesen

sey, und ein solches Zeugniss aus dem 7ten Jahrhundert (Fredegar schliesst 642.) scheint mir sehr der Beachtung werth.

Vom 6ten Jahrhundert an ist Wolf ein fränkischer Eigennamen, in einfacher Form immer lateinisch, *lupus*, in der Zusammensetzung teütsch, und komt häufig vor. Bei den westlichen Slawen trifft man etwas ähnliches an. Zwentibolc, Arnulfs Sohn, erhielt seinen Namen vom Herzog Zwentibolc von Mähren, der ihn aus der Taufe hob, und der Herzog gab auch seinem eigenen Sohne denselben Namen. Dieser besteht vielleicht aus den zwei böhmischen Wörtern *swatý wlk*, welche heiliger Wolf bedeuten. Lag irgend etwas wölfisches im Namen, so stimmte das mit dem bössartigen und raubsüchtigen Charakter Zwentibolks nur zu sehr überein, und es war nicht schwer, ihn als Wolf darzustellen. Dafs die Franken den ungewöhnlichen Namen verstehen lernten, ist mir bei der Sinnesart dieses Volkes nicht zweifelhaft.

Isengrim scheint ein sehr alter Namen. Die Altfranzosen haben die Form *Isangrin*, womit auch der Geschlechtsnamen *Eisengrein* übereinstimmt, der am Oberrhein vorkomt. Schon im 7ten Jahrhundert findet man *Isangrim* in Baiern als Mannsnamen, vom Jahr 821, 22 bei Ried cod. diplom. ep. Ratisbon. I, p. 22. 25. und ein Bischof zu Regensburg hiefs *Isangrim*, von 930—40. das. p. 95. Bei den Schwaben trifft man ihn auch sehr frühe an. *Ysancrim* von 762 bei Neugart cod. dipl. Aleman. I, p. 40. *Isingrim* von 818. das. I, p. 169. Ich vermuthe, dafs *Isengrim* der Eigennamen

des Werwolfes war. Die Nordländer nannten den Werwolf *vargr í véom*, Wolf im Heiligthum, und bezeichneten damit einen vogelfreien Verbrecher. Ich glaube nicht, daß der slawische *swaty wlk* darauf zu beziehen sey. Die Franken hiessen ihn nach Roquefort latinisirt *Gerulfus*, die Altfranzosen *garous*, die neuen *loup garou*; beide Formen sind aus *gerulf* entstanden. Dieser Namen erscheint häufig bei den Langobarden in der Form *Garulf*, *Garolfo*, auch zuweilen *Uerolfo*, von 833. bei *Fumagalli cod. diplom. Sant'-Ambrosiano. Milano 1802. 4. p. 164.* Die Langobarden stimmen hierin (und öfter) mit dem fränkischen Dialekt überein. Der Werwolf ist hauptsächlich nur im Volksglauben der Nordfranzosen, d. h. der eigentlichen Nachkömmlinge der Franken, vorzüglich in der *Touraine*, die übrigen Franzosen haben dafür andere Wesen. Werwolf erklärt *F. Wachter* durch *Mann-wolf*, d. i. Wolf in Menschengestalt. Die Altfranzosen knüpften noch andere Begriffe daran. *Walther von Coinsi*, der sein Werk 1219 vollendet, sagt im *Leben des h. Hildefons v. 532.* (*cod. Bruxell. No. 636*):

*que nos deffende, que nos gart  
de ces garous, et de ces leus,  
et de ce pont tant perilleus.  
cil lou desue, cil lou garol  
ce sunt deable, que saul  
ne puent estre de nos mordre.*

Auch nent er den Kaiser *Decian* wegen der Christenverfolgung, *liv. I. chap. 35. v. 692.*

*li garous, garous Daciens.*  
und daselbst *v. 754. ausi com fait li garou leus.*



Im Sinne Walthers sind Tyrannen und Teüfel Werwölfe, die stets trachten uns zu beissen. Dieser Grundzug im Charakter Isengrims, zerreißen und fressen, ist volksmässig; ein reissender Wolf und fressen wie ein Wolf sind noch jezt Redensarten des Volkes. Der Dichter hat diesen Charakter recht treü durchgeführt, Isengrim ist ein Nimmersatt, sein ewiger Hunger (egestas), seine Gefrässigkeit, seine Zähne, die alles zerreißen und zermalmen, sind von dem alten Dichter weit besser dargestellt als von den neuen Bearbeitern, welche diesen Grundgedanken nicht mehr begriffen.

Isengrim erinnert an einige Namen der Heldensage, an Isenlant, Isenstein, Kriemhilt und den Riesen Grîm oder Greim. Die mancherlei Formen des Namens Chriemhilt zeigen, daß die Alten selbst nicht gewußt, was sie daraus machen oder wie sie ihn verstehen sollten. Bei den Franken hieß grem ein Ungeheüer, bellua (Nyerup symbolae ad lit. teut. p. 271). Ich weiß nicht, ob die andern teütschen Völker Wort und Bedeutung gehabt haben.

Der Werwolf war den Franken früher bekannt als Zwentibolk. Was der Dichter ausser der Gefrässigkeit noch sonst von den Ansichten der Volkssage benutzt hat, um seinen Helden auszuschmücken, läßt sich bei der Freiheit und Feinheit des Dichters schwerlich ins Reine bringen. Übrigens ist der fränkische Werwolf dasselbe, was der losgelassene Fenrir im Norden war. Auf die Namen komt es nicht an, sondern auf Übereinstimmung der Sache. Es ist zu bemerken, daß der Dichter den Wolf, der alles zerreißt und verschlingt,



selbst zerreißen und verschlingen läßt, als wolle er damit folgerecht das Ende Zwentibolks jenem des Werwolves gleichstellen. Mit dem Tode des Wolfes kommt der ewige Frieden und der Dichter hat diesen Zug selbst in der Satire nicht vergessen.

Die Altfranzosen hatten noch andere Sagen vom Werwolf, welche mit den teütschen und nordischen Überlieferungen zusammen hängen. Eine merkwürdige Erzählung der Art ist in das Altenglische übersezt: *William and the Werwolf*, welche sowol an die Kindheit Wolfdieterichs erinnert, als auch besonders auf die nordischen Sagen von den bösen Stiefmüttern und den Verwandlungen der Menschen in Wölfe hinüber weist \*). Im 16ten Jahrhundert wurde der alte Volksglauben von französischen Dichtern völlig moralisirt und damit verschwand auch die Sage, die aus jenem Stoffe ein so treffliches Werk geschaffen hatte. Zum Beweise will ich ein Gedicht anführen, das selten und wenig bekant ist, und als Dichtung nur durch seinen Ursprung aus der alten Sage Beachtung verdient. Es heißt:

*Les loups ravissans, ou doctrinal moral,*  
 von Robert Gobin, gedruckt s. a. zu Paris nach 1520. in 4. Das ganze ist nach französischem Geschmack eine Vision, worin der Teüfel als Erzwolf (*Archilupus*) den jungen Wölfen Unterricht gibt in allen Arten mensch-

---

\*) Die englische Sage steht in den *ancient metrical tales*, edited by Ch. H. Hartshorne. Lond. 1829. p. 256. Den französischen Ursprung zeigt der Dichter selbst an, S. 264.

for he of Frenche this fayre tale ferst dede translate  
 in ese of Englysch men in Englysch speche.

licher Schlechtigkeit. Ihm gegenüber unterweist die sainte doctrine, welche die katholische Kirche vorstellt, die Lämmer in der Gottesfurcht. Der Wolf theilt seinen Cursus in 12 Lektionen nach den Monaten ein, und lehrt die Schurkereien nach der Stufenfolge der grammatischen Regeln, die durchgehends parodirt werden. Der Dichter gibt dazwischen in prosaischen Stücken die moralischen Beweise aus der Bibel und vielen andern Schriften. Da der Wolf sieht, daß er den Schafen nicht beikommen kann, so wird er gegen Ende wüthend und will mit seinen Lehrlingen das Aüsserste wagen, aber zu schwach gegen die heilige Lehre geräth er in Verzweiflung und in blutigen Streit mit seinen Jüngern, worüber die Bauern kommen und sie sämmtlich erschlagen. Das Testament des Erzwolfes, die Reue der sieben Jünger und das Gespräch der Schäfer beschliessen das Werk.

Keine Hindeutung auf die Sage, obgleich der Charakter des Erzwolfes daraus (I III, v. 790) genommen ist und sein Ende und Testament, so wie seine Lehren vielfach an das alte Gedicht anklingen. Zweimal wird Renart angeführt, aber nicht persönlich, Bog. z.

on dit a renart ne chiet rien,  
s'il dort dedans gueule fermée.

Bog. gg.

— faictes du renart  
tenez vous aux guettes.

Zu dem bösen Weltleben, das der Wolf lehrt, wird auch gezält, Bog. i. lyre romans. Bog. o. lisez romans. Bog. nn.

lire romans, reciter motz ioyeux,  
gestes, chroniques, ou quelque romant vieulx,  
songes, fables, ou quelque resuerie.

Bog. m.

parler d'Ogier, de Fierabras.

In näherem Bezug auf das alte Gedicht stehen folgende Anspielungen, welche zugleich beweisen, zu welcher Zeit die französische und niederländische Bearbeitung schon bekant waren.

Walther (Gautiers) von Coinsi spielt so oft auf das französische Gedicht an, das es im Jahr 1219 schon allgemein verbreitet seyn mußte. Part. I. c. 23. d'un sarrazin heist es v. 155.

prestres, qui a plus grant delit,

enparer sa chambre et son lit,

que son autel ne sa chapele,

s'il requiert dex et s'il apele.

a son besoing, c'est grant merveille,

s'il ne li fait la sorde orelle.

lor mostier tienent oiz et sales,

et lor chanbres et lor grant sales

font lanbroissier, poindre et portraire;

en lor mostiers ne font pas faire

si tost l'image Notre-Dame,

com font *Ysengrim* et sa fame

les gelines, qui la mort ponent.

Dennoch ist Walther kein Freund dieses Gedichtes, und folgende Stelle verräth, wie gern es gelesen wurde.

Part. II. prologue v. 40.

de se miracles plus de trente

ai mis en cest primerain livre,

puis qu'a mon chief sent me livre

en commencie vuel le segont,  
 talenz me prent, qu'encor nos cont,  
 ce que la letre de li conte,  
 plus delitant sunt si fait conte  
 as bones genz, par saint Omer,  
 que de *Renart*, ne de Romer,  
 ne de *Tardin* le limeçon.

Auch andere Personen der Fabel sind dem Walther bekannt. Part. II. c. 9. dou vilein charruier. v. 267.

qui plus est soz. et bobelins,  
 que li moutons sire *Belins*.

Part. II. c. 11. sect. 2. de buesart, v. 262.  
 et dist or est moines *Renarz*.

Sein Ärger wegen der Beliebtheit der Fabel gibt sich auch in folgender Stelle kund. Part. II, c. 13 d'une pucelle d'Arras. v. 503.

plus volontiers oient un conte  
 ou une trufe con lor conte,  
 si con *Tardins* li limeçons  
 sut et chanta les trois leçons  
 sor la biere dame coupée,  
 que *Renarz* avoit escoupée.

Über die niederländische Bearbeitung habe ich mehre Zeugnisse gefunden, die ich für die Sammlung der niederländischen Volksgedichte zurücklege und hier nur eine geschichtliche Thatsache berühre, die beweist, daß in Flandern die Fabel um 1230 schon allgemein bekant war. Der Abt Aegidius von Vicogne (zwischen Valenciennes und S. Amand), der von Middelburg auf Walcheren als Abt nach Vicogne 1230 berufen wurde und um 1237 starb, machte sich unter seinen Lands-



leüten in Flandern und Seeland berühmt durch die Versöhnung der politischen Parteien, die damals das Land verheerten. Davon berichtet die histor. monast. Vicon. c. 42 bei Martene ampl. coll. VI p. 303 folgendes: sic spiritus s. gratia in vita existit debriatus, ut meruerit pacem inter *Ysengrinos* et *Flaventinos* vel *Flampedes* in partibus *Hollandiae* et *Zelandiae* et *Flandriae*, quam nullus hominum attentare quibat, sive rex, sive comes aut baro reformare. Sic enim guerra erat inter eos, quod pater filium habens obvium, aut filius patrem, mox immaniter saevientes collisi pariter alter alterum suffocabat. Erant autem nobiles valde una pars, residui vero, sicut supra dictum est, de territorio *Furnensi* in *Flandria*, in loco aut circumcirca locum, qui dicitur *Cayens*, commorantes.

Es geht daraus hervor, daß die Isengriner die Adelspartei waren, die sich über Flandern, Seeland bis nach Holland erstreckte und die Zwietracht selbst in den einzelnen Familien ausbrach. Flaventiner und Flampedes muß ebenso ein Scheltnamen für die flandrischen Bauern gewesen seyn, wie Isengriner für die Herren. Cayens ist entweder Cauxyde, ein Dörflein an den Dünen,  $\frac{1}{4}$  Stunde von Veurne (Furnes) oder Caesekinkerke bei Dixmude,  $2\frac{1}{2}$  Stunden von Veurne ostwärts. Die Anwendung der Sage auf die Parteinamen bleibt immerhin merkwürdig. Sie ist eine Zeitangabe für die Bekantheit der Fabel, und beweist eine Verallgemeinerung ihres Sinnes, worauf schon der zweite Dichter hingearbeitet, indem er den Isengrim nicht mehr als Individuum, sondern als Vorstand der Wolfspartei betrach-

tet (secta lupina, l. II. 855. 175. mit den Anmerk.) Die Benennung des Adels durch Isengrim könnte auch anzeigen, daß damals die Erinnerung an seine hohe Abkunft noch nicht verloren war. Diese mir zugängliche Nachricht erlaubt nicht weiter zu gehen. Man darf jedoch diese Thatsache den Parteinamen der Gibelinen und Welfen zur Seite stellen, in so fern diese auch aus der Sage entstanden sind.

### 3. STABREIM.

Die Beispiele gesuchter Alliteration in diesem und andern lateinischen Gedichten jener Zeit beweisen, daß der Stabreim noch nicht gänzlich der Dichtkunst entschwunden war \*). In englischen Gedichten dauert er als Kunstregel bis ins 15te Jahrhundert fort. Selbst die Spielereien mit dem Stabreim beweisen sein Daseyn und seine Fortwirkung. In dieser Hinsicht will ich den Anfang eines Gedichtes mittheilen, wodurch meine Bemerkung bestätigt wird. Es steht in der S. Galler Handschrift No. 626, sec. IX, welche Flavium Joesphum de bello judaico enthält, und soll von Ekkehart IV seyn.

Praemia plura pio persona pusillula patri  
 debita deberem, devotus desiderarem,  
 si sensu saperem, seu sumptu suppeditarem;  
 viribus ut valeo veruntamen, utiles unquam  
 solvam servitii solertis strenuitatem.  
 Ardor abest aestivus, adest autumnus aquosus,

\*) Sieh das Gedicht in Docen's Miscellan. I. p. 18.

crudelis cancer coelesti culmine cedens  
 tramite tardigrado transvertit torrida terga;  
 lumina luctantis labescunt laete leonis,  
 urentem vultum velavit virgo venusta,  
 solis splendorem severus scorpio signat,  
 perfusus pluviis proturbatusque procellis  
 saeva sagittarius statim sua spicula spargens  
 instruit incautos idiotas insipientes,  
 cum calidus cancer celso clarescere cyclo  
 cernatur, caute capricornus crura cavere. etc.

Es sind im Ganzen 40 Verse, die durchgängig alliteriren.  
 Im v. 29. wird der Verf. genant:

pagina Purchardo placeat praepostulat Ekkbert.

Solche Spielereien giengen in der mönchlateinischen  
 Dichtkunst bis ins 14te Jahrhundert und vielleicht noch  
 weiter fort, wovon ich einige Beispiele berühren will.  
 In einer Handsschrift zu Lüttich s. n. fol. perg. sec. XII  
 steht auf Bl. 1, a eine Grabschrift von 1331. Die so  
 anfängt:

prudens praelatus, patrem placare paratus  
 simplex sensatus, saltem sacris sociatus,  
 Adam vir gratus ex Ardinghen bene natus  
 moribus ornatus hic abbas cumbit humatus, etc.

Von anderer Hand folgen darunter noch 12 Verse, die  
 auch mit Stabreimen beginnen:

moereo, magnificus, meritis mas morigeratus,  
 mitis, magnificus, monachus, multum moderatus. etc.

### III. ERLÄUTERUNG SCHWIERIGER STELLEN.

#### L I B E R I.

V. 365. *pax et requies.* Das Ritual des Begräbnisses und der Todtenmesse schließt mit der Formel: *requiescat in pace!* Darauf spielt der Fuchs an, weil der Wolf das Schwein ganz aufgefressen hatte.

V. 747. *salve festa dies.* In der katholischen Kirche wird in der Osterzeit beim Umgang um die Kirche ein Lied gesungen, welches anfängt:

*Salve festa dies, toto venerabilis aevo,  
qua deus infernum vicit et astra tenet.*

Diese Verse sind hier 747, 48 auf eine Art parodirt, die, religiös betrachtet, eine wahre Gottlosigkeit ist, indem der raptor vulpes dem deus, die astra den antra, der Pfarrer als Eigenthümer des Hahns dem Teüfel als Herrn der Verstorbenen gleichgestellt und überhaupt die Befreiung der Seelen als ein Raub am Teüfel angesehen wird.

V. 744. *kyri-ole.* D. i. die Gebetformel *kyrie eleyson*, und ein Spott auf das Volk, welches die Aussprache der fremden Formel nicht so genau nahm. *Feria prima* ist im Kirchenkalender der Sonntag.

V. 931, 32. *tu autem, lectio.* In den alten Klöstern las ein Mönch über dem Essen vor, wenn er aufhören sollte, so klopfte der Abt mit dem Finger auf den Tisch und sprach die Worte: *tu autem domine miserere nobis.* Darauf spielt Reinhart an, seine er-



bauliche Predigt hält er für die Vorlesung (*lectio, quod lecturus eram, legi*,) und bittet nun den Isengrim als Abt ihm das Zeichen zum Aufhören zu geben. Diefs ist sehr beissend, wenn man die Formel auf den Wolf selbst bezieht, weil er wol Gottes Barmherzigkeit gegen die einstürmenden Bauern anflehen konnte.

V. 1033. *benedicite*. Mit diesem Worte fieng das Tischgebet der Mönche an. Im Gedichte ist die Bedeutung mehr allgemein, *benedicite* heisst Begrüssung, Willkomm; der Gegensatz ist *maledicite*, „geh' zum Teufel!“

V. 1129. *Sanctus Osanna cum conjuge Excelsis*. Ein Pröbchen der Latinität der Pfarrköchin, was sie als fleissige Kirchgängerin behalten hat. In der Messe wird nämlich vor der Wandlung gesungen: *sanctus, sanctus, sanctus, dominus, deus sabaoth — osanna in excelsis*. Da nun hier oft *sanctus* vorkommt, *osanna* und *excelsis* durch *in* verbunden sind; was der Lothringer und Niederländer *en* ausspricht, das in seiner Mundart und bedeutet, so schloß die Aldrada, daß in dem Kirchenliede der heilige Osanna und seine Frau Excelsis angerufen würde, was um so glaubwürdiger schien, da so viele Weibernamen auf *-is* endigen.

V. 1134. *Alleluja* eine Heilige von gleichem Schlag wie die vorigen. Dagegen sind Notburg, Brigitta und Pharaïlt wirklich unter die Heiligen versetzt, was aber den Dichter wenig bekümmert, der hier unbarmherzig mit ihnen umgeht und den Aberglauben des Volkes durch seinen Witz wahrscheinlich vergrößert hat.

V. 1137. Beide Dichter, der alte und der junge, schonen den Pabst und Rom gar nicht. cf. v. 467. 1210. III, 1144 sqq. und noch andere Stellen.

V. 1165. Was hier im Druck ausgezeichnet ist, sind alles Verketzerungen kirchlicher Formeln durch schlechte Volksausssprache. Sie heissen richtig also: *pater noster, qui es in coelis — credo in unum deum — da pacem — miserere nobis — orate fratres — pax vobis — deo gratias.*

V. 1189. *genu flectens.* Am Charfreitag singt der Priester mehrmals am Anfang der Gebete: *oremus, flectamus genua.* Der Dichter sagt aber, die Aldrada sey auf die Kniee gestürzt, ehe noch der Diacon die Formel *flectamus* gesungen habe.

## L I B E R II.

V. 707. *prima.* Das Gebet zur ersten Stunde des Tages. Vgl. die folg. Anmerkungen.

## L I B E R III.

V. 141. *pax vobis.* Entlehnt vom Grusse des Heilands, Evang. Joh. XX, 120. Lucae XXIV, 36. Auch die Anwendung dieser Worte ist sehr kühn, indem dadurch der Wolf, wie er plötzlich in's Zimmer tritt, sich mit Christus gleichstellt, wie er den Aposteln erscheint.





nischen Hymnus: *te deum laudamus*; *rapitur*, man hat das *te deum* in aller Eile gesungen.

#### L I B E R IV.

V. 585. *pax*. Am Ende der Messe wird zuweilen die Formel gebetet: *pax domini sit semper vobiscum*. Darauf bezieht sich Salaura, daß der Friedensgruß nach der Messe komt, aber nicht vorher geht.

V. 652. *diapente*, ist die Quinte in der diatonischen Leiter, Salaura machte aber mit ihrer gellenden Stimme ein *diapente* von sechs Tönen. Ich füge die andern musikalischen Anspielungen hier bei, sie zeigen alle, daß der Dichter mit dem Kirchengesang der Nonnen, wenigstens in diesem Kloster, sehr unzufrieden war.

V. 662. *terternos modos*. Die diatonische Leiter hat 6 ganze und 2 halbe Töne, oder 8 Töne überhaupt, die Engländer (Angelsachsen) haben 9, welches ein Spott auf ihren Gesang ist.

V. 663. *bis binae plagae*. Das Tetrachordum hatte 4 Grundtöne und ebenso viele Haupttonarten, die Nebentonarten hießen *plagales*, ihr Grundton war die Quinte vom Hauptton abwärts. Salaura erklärt aber diese Eintheilung für Bauernmusik.

V. 666. *undenis tonis*. In einer Oktave liegen 12 Töne, im System der Salaura nur 11; und es gab bei den Alten 6 autentische und 6 plagalische Tonarten, bei der Salaura jedoch 15, wie v. 667 angibt. Die Harmonie war ebenso wild. Beccasang zur Hauptstimme die Sexte als Begleitung (*sesqualterat*, 669, was auch die



Secunde seyn kann), Sonoche die Quarte unter dem Grundton (epitrite subtus, 670) und Baltero den Bass durch eine grobe Quinte (grossum diapente, 675) unter der Stimme der Sonoche, d. i. durch die None unter dem Grundton. Das übrige Volk singt verworren durcheinander (v. 679) und diese Darstellung zeigt, daß Hundegeheül und Hatzengeschrei dieser Musik ziemlich nahe komt.

V. 655. *officium* heisst im allgemeinen die Vorschrift des Rituals für jeden Tag, oder auch der Gottesdienst selbst.

V. 659. *gràduale*, die Gebete und der Gesang an den Stufen des Altars. In diesen Stellen ist *officium* nur das Vorspiel für die heutige Messe; noch besser wird der Stufengesang beim Anfang der Messe erschallen, wenn nämlich die Chorsänger (die Schweine) beisammen sind.

V. 674. *alleluja*. Zu Ostern wird nach dem *ite missa est* (dies ist die Schlußformel der Messe) ein feierliches Alleluja gesungen, was hier *herile alleluja* heisst. Sonst komt das Alleluja am Anfang jeder Vesper vor.

V. 739. *epistola* und 743 *lectio*. Nach dem ersten *oremus* wird in der Messe ein Abschnitt aus den Briefen der Apostel gesungen, welchen Theil man daher die Epistel heisst und die mit der Formel beginnt: *lectio epistolae* z. B. *beati Pauli apostoli ad Corinthios*. Dadurch erklären sich jene Anspielungen.

V. 1229. *numos dimidiare*. Bekanntlich hatten viele Münzen im Mittelalter ein Kreuz aufgeprägt,

daher die Kupfermünzen in Süddeutschland noch jetzt Kreuzer heissen. Um halbe Kreuzer zu haben, schlägt das Volk die ganzen durch einen Meissel in zwei Stücke, was es nach dem Dichter schon im Mittelalter gethan hat. Durch dieses Zerhacken wird aber das Kreuzzeichen misshandelt, der Pabst sammelt also das Geld ein, sagt Reinhart, und hebt es gut auf, damit das gottlose Volk seinen Frevel am heil. Kreuze nicht mehr verüben kann.

#### IV. VERZEICHNISS DER NAMEN UND SCHWIERIGEN WÖRTER.

(INDEX NOMINUM PROPRIORUM ET VOCUM DIFFICILIORUM.)

Numerus romanus librum, arabicus versum, p. paginam indicat. Quae asteriscis notantur, desunt apud Du Cang. ejusque continuatorem Carpentier.

Abel IV, 1118. II, 980.

\* abstimus IV, 621. *nüchtern.* à jeun.

Adam IV, 1118.

aediluus IV, 787. *Hüster, Mefsner, marguillier.*

st. Aegidius II, 558.

aegoceros II, 765. *der Steinbock am Himmel.* capricorne.

aes III, 1267. *Glocke.* cloche.

Aetna IV, 1217. p. 295.

Agemundus, daemon podicis IV, 859.

agreste pecus IV, 768. *Rindvieh, Schuaufsköpfe, als Schimpfnamen.* bêtes.

Albis I, 925. p. 292.

Aldrada I, 1073.

- altec III, 355. *Häring*, hareng.  
 s. Alleluja I, 1136.  
 Allobrox IV, 653. *Savoyarde*, dort aber für *Burgunder* gesetzt. Bourguignon.  
 Alpes I, 898. II, 405. III, 555.  
 Amalechitae IV, 1125.  
 S. Amandus p. 204.  
 Andegavus III, 272. von *Anjou*, *Neüstrien*, geht auf den *Hö-  
 nig. Odo*.  
 Anglicus I, 599. II, 661. anglosaxon. IV, 671.  
 Angligena, *englisch*, IV, 1240. anglais.  
 Anglosaxones p. 127.  
 Anglus I, 50. III, 279. IV, 661. anglosaxon.  
 s. Anna I, 1132. *angellus*  
 Anselmus episc. Tornacensis p. 186. III, 1154.  
 Ansegisus p. 105.  
 anteritas IV, 453. *Vorzeit*. le temps passé.  
 anterius IV, 567. *für*, antea.  
 Antiochus IV, 1126.  
 \* anus III, 2525. *Schlüssel*, clef. oder *Ring*, anneau.  
 Aprilis I, 926. *Winter*, *Jahr*. III, 1257. an.  
 appodio IV, 100. *sich stützen*, *festsetzen*, affermir.  
 Arabs rex I, 72. daemon III, 614.  
 archiater II, 205. *Leibarzt*. médecin.  
 Argolidae IV, 1224.  
 s. Arnulfus episc. Met. p. 105. 106.  
 Arnulfus, imp. p. 1. 81. 85. 101. 105. 109. 258.  
 arrhabo IV, 828. *Pfand*. gage.  
 Artacus papa III, 212.  
 artocrea III, 1577. *Wurst*, die mit *Brot und Fleisch* gefüllt  
 wird, wie in den *Niederlanden* noch üblich ist.  
 andouille, saucisse.  
 Assur IV, 1125.  
 Atrebas III, 286. p. 155. von *Arras*.  
 Atrebatum I, 195. *Arras*, niederl. *Atrecht*.  
 auca, I, 1305. *Gans*, oie.  
 Augustodunum p. 284. Autun.  
 Aurelianum p. 115. *Orleans*.  
 Avernus I, 545. die *Hölle*. III, 756. l'enfer.  
 \* babello I, 1077. *pappeln*, balbutier, *babiller*.  
 Bacchus III, 2000.



- \* baco I, 183. *Schinken. jambon. nach v. 360. 457. aber IV, 671 heißt es Frischling, marcassin.*
- Balaam IV, 1124.
- Balac IV, 1124.
- Baldewinus I. com. Fland. IV, 369. p. 258. 259.
- Baldewinus II. com. Fland. p. 153. 262.
- Baldewinus abb. Lesburn. p. 207.
- Baltero IV, 671. pass.
- bannus I, 1209. *Kirchenbann. I, 1595 Gerichtsban. anathème, banlieue.*
- Batavus p. 207
- Bavaricus IV, 582.
- s. Bavo p. 50. II, 719. p. 116.
- Becca IV, 669. pass. *es scheint daranter überhaupt eine Vorsteherin der Begginen verstanden.*
- Belinus I, 1349 sqq. vervex.
- beluacus IV, 290. cf. Du Cange s. v. belluus. *keine Bedeutung paßt hieher, es scheint ein nom. gentil. zu seyn für Bellovacus, von Beauvais; obgleich diese historische Beziehung ganz dunkel ist.*
- Benjaminita III, 1145. magister, *der Apostel Paulus.*
- Bernardus IV, 89. Claraevall. p. 246. 46.
- Bernardus I, 1345 sqq. vervex.
- Berfridus, caper II, 48 pass.
- Bertiliana, caprea II, 53. III, 2 sqq.
- bibo III, 560. *Schläge bekommen. être battu.*
- biga III, 555. *Rad, Karren. charrette.*
- bilustris III, 711. *zwei- oder zehnjährig.*
- birrus III, 1928. *Priesterkleid. habit monacal.*
- \* bisiltis IV, 843. *ist mir unverständlich.*
- Blandinium, monast. III, 1491 p. 204. *Ich habe Grund zur Vermuthung, daß darunter die Abtei S. Maximin bei Trier verstanden sey.*
- Blitero dominus III, 2162.
- Boëmus I, 1748. p. 81.
- bómbilo III, 1917. 2124. *brummen. gronder. dröhnen.*
- s. Botulfus II, 941. p. 127.
- Bovo I, 1033. p. 50.
- Brabas I, 49. p. 5. 56. III, 609. *Brabänter. Brabançon.*
- bractea, I, 82. *Brakteat, Münze. monnaie.*
- \* brancus IV, 21. *Ast, branche.*



- s. Brigida I, 1138.
- Britones IV, 741. *scheint dort Lügner zu bedeuten, weil die Bretonen gar abenteurerliche Sagen hatten.*
- Bruno, ursus II, 49. p. 86.
- buccella I, 699. IV, 92. *Brosamen. mie.*
- bulga I, 1066. III, 76. *Sack. sac.*
- Burgissa IV, 695. *vielleicht weil sie von Bourges en Bresse war, das nicht weit von Autun liegt.*
- Burgundus IV, 449. *de lingua.*
- bursa VI, 224. *Beutel, bourse.*
- cambio III, 727. *tauschen. changer.*
- Canada IV, 1131.
- \* cancelli IV, 98. *geschlossener Raum; capacité.*
- \* capito III, 285. *Locken? boucles?*
- cappa, IV, 458. *Haut, Fell. poil.*
- cappifer II, 979. *Kuttenträger.*
- caput III, 245 sqq. *Todtenkopf. capita luporum, fürstliche, königliche Schädel. tête de mort.*
- carcinus IV, 1176. *Der Krebs am Himmel. cancer.*
- Carcophas, asinus II, 50. p. 112. II, 685. *nomen p. 140. janitor III, 537. docta janua 870.*
- carectum III, 63. *Gestrauch. buissons.*
- Carentanus p. 85. *Carinthien.*
- Carolingi, p. 1. 101. 105. 106. 268.
- Carlomannus p. 85. 101. 105.
- Carolus Martellus p. 105.
- Carolus Magnus p. 105.
- Carolus Crassus p. 268.
- Carolus Simplex p. 259.
- Carolus V imp. p. 204.
- cassus I, 504. *leer. I, 1171 vergeblich. vain.*
- catasta IV, 590. *Tortur. torture.*
- catellus, III, 713. *für catulus, Hündchen. chien.*
- cathedra IV, 905. *Stuhl, chaise.*
- Cato III, 1555.
- cauda piri II, 568. *Birnstiel. queue de poire.*
- cautes molaris III, 2139. *Mühlstein. meule.*
- \* cauteriatus III, 1660. *angebrannt; dort heisst es: am Ohr zupfen, eine Ohrfeige geben; souffleter.*
- cedae III, 2270. *Sitz, dort der Hintere, le derrière.*

- cella III, 114. cella posteriore tenere, *sich hinters Ohr schreiben.* écrire sur ses tablettes.  
 Cephas III, 1145. *der Apostel Petrus.*  
 Ceres IV, 358.  
 chaldaice III, 1034.  
 Chaldaea IV, 1127.  
 Chaos I, 280.  
 Charybdis I, 645. Char. inops III, 750. *ein armer Schlucker,*  
*panier percé.*  
 Christus IV, 1147.  
 \* circino I, 75. *herumziehen, aufhalten.* arrêter, trainer en  
 longueur.  
 Cison IV, 1129.  
 \* cithui III, 285. *ist mir ganz unverständlich, es ist kein nomin.*  
*plur. und kein Adv. und hat als nom. prop. heinen Sinn.*  
 clanga III, 1265. *Glocke.* cloche.  
 Claraevallis III, 1170. *Clairvaux.*  
 Cluniacum IV, 972. p. 283. *Clugny in Burgund.*  
 coctana IV, 206. *Gemüßkraüter, légumes.*  
 Colonia Agrippina p. 141.  
 Colvarianus I, 1548 sqq.  
 compater III, 929. *Gevatter, compère.*  
 completoria carmina III, 557. *Schlussgebet, oraison finale.*  
 congrandis III, 1833. *eben so groß, aussi grand.*  
 Cono porcellus IV, 691.  
 corniseca I, 1482. *Hornschneider, Knochenhauer.* 1677. boucher.  
 corona I, 1105. *Tonsur.*  
 \* corrigia III, 2297. *Streichriemen.* cuir à rasoir.  
 Corvigarus equus III, 2197. pass.  
 coxae III, 2219. *Ellenbogen.* coude.  
 crinalis II, 370 *haarig.* stella crinali igne, *ein Homet.* cf. II,  
 377. comète.  
 crispo I, 1047. *kräuseln.* friser, créper.  
 cristiger III, 909. *Hammträger, Hahn.* coq.  
 \* culica III, 1071. *ein Bohrwerkzeug.* von culex? outil à  
 percer.  
 Dacus I, 231. daca sacerdos. III, 299. IV, 595. p. 240.  
 Daedalius I, 280.  
 danubiale solum IV, 380. *Baiern.*  
 Danubius I, 670.  
 Dathan, Abiron, Cora IV, 1121.

- defeco IV, 606. *reinigen*. purger.
- \* defraglasco II, 420. *verriecken, die Kraft verlieren*. éventer.
- diapente IV, 652. *Die Quinte*, la dominante; quinte; terme de musique.
- dictator II, 624. *Rathsherr*. sénateur.
- dicto I, 1546. *berathen, rathschlagen*. consulter.
- \* discretio IV, 509. *Scheü, Blödigkeit*. timidité.
- dogma II, 916. *Rath*. conseil.
- duciculus III, 1967. *Zapfen, Hahn am Fass*. robinet.
- dulcor III, 456. *Süfse*. douceur.
- Eccardus, J. G. 1.
- effestuco III, 950. *fahren lassen, aufgeben*. abandonner.
- effoetus IV, 115.  *matt, erbärmlich*, misérable.
- Egmundum, III, 1505. p. 205. *Die alte Abtei Egmont in Nord-holland*.
- Emanuel IV, 1141.
- emenda I, 1557. *Busse, Strafe*. amende.
- emendatio II, 1078. *Busse*. amendé, pénitence.
- emendo I, 1559. *büfßen*. être puni, payer l'amende.
- Endor IV, 1129.
- Ermengardis, Lothar I imp. filia. 1.
- Ermoldus Nigellus 52.
- estur, *für editur, man ifst*. III, 260. on mange.
- euax tonare III, 1591. *schnalzen*. claquer. *frohlocken*.
- Eugenius III. pont. max. p. 186. 264. 288.
- s. Excelsis I, 1151.
- explumo I, 1305. *die Federn ausrapfen*. plumer un oiseau.
- Falernum III, 1923.
- \* fanaticus II, 977. *eingeweihet*. initié.
- Februus I, 669. 892. *Februar*.
- filectum I, 948. *von filix, dicke Farrenkräuter*: fougère.
- filiolus III, 432. *Taufkind*. filleul.
- Flandri p. 56.
- flare III, 1888 sqq. *bst!*
- foeniseca I, 1476. *Mäher*. faucheur.
- forum I, 1070. *Tenne*. aire.
- Francigena II, 771. 776.
- Francus p. 8. II, 952. IV, 380. lingua IV, 585. genitor IV, 445.
- Francus IV, 1259. tyrannus, *der König von Frankreich*. le roi de France.



- frania IV, 299. Schol. A. sagt: i. e. curialis; *das altfriesische frana, Gerichtsgeld, Busse, Geldstrafe. amende.*
- Fresia I, 1352. III, 503. p. 162. 294. IV, 1185, 93.
- \* fritinnio III, 355. *krächzen. croasser.*
- fulgetra II, 891. *Blitz. éclair.*
- \* furcula III, 612. *ein gabeliges Geweih. enfourchure, corne fourchue.*
- Furiae IV, 1091.
- \* fuscinae III, 2218. *Fussangeln, Wolfseisen. chausse-trape.*
- s. Gabriel II, 1091.
- \* galastra IV, 357. *vielleicht Halfter, oder sonst ein Bauerngeräth. outil.*
- Gallia IV, 494.
- Galterus III, 1545. vid. Walther. abb.
- Gallus p. 122. II, 800. gallica orca III, 614. loquela IV, 379. monachi galli IV, 610. p. 269.
- Gandavum p. 56. 50. 204. *Gent. Gand.*
- \* ganga III, 1653. *Bett, Lager? lit?*
- Gehenna III, 754. *Hölle, Teüfel. III, 1072. 1174. IV, 1105. enfer, diable.*
- Geisa sanctimonialis p. 159.
- Gerardus abbas s. Bavonis p. 50.
- Gerardus, gallus I, 1081. p. 53.
- Gerardus anser III, 15. p. 140. III, 795.
- s. Gereon I, 1259. columna III, 25. sepulcrum p. 141.
- Germania ad Rhen. p. 292.
- Geroldus II, 507.
- Geta III, 734.
- Geticus III, 332.
- giga III, 616. *Geige, violon.*
- glabrio II, 994. *kahl, haarlos an Haupt und Leib. chauve.*
- s. Goar ad Rhen. p. 86.
- Gog et Magog IV, 690.
- Graecus I, 231. II, 722. III, 355. 1034.
- Graji IV, 1221.
- grammaticae II, 582. *lateinisch. latin.*
- granarium III, 891. *Speicher, grenier, hier aber ein Hof, einzelnes Gut, campagne.*
- Grimo III, 746. *lupus.*
- Grimmo, aper II, 48. pass. p. 86.
- Gripo III, 742. sqq. *von gripen, greifen, Räuber.*



- grossus IV, 675. *grob, dick, gros.*  
 Gulpa III, 754. *lupus.*  
 Guls III, 749. *lupus, Schlemmer.*  
 Gutero, lepus II, 53. 281. 1198.  
 Hanonia, *Henegau* I.  
 Hatto I. arch. Magont. p. 86.  
 Hebraei IV, 1153.  
 Heli IV, 1152.  
 Helias IV, 1133.  
 s. Helpvara I, 1137.  
 Herodes I, 1143.  
 Herodias I, 1163.  
 Hiberni p. 44. 195.  
 Hierosolyma I, 1250. IV, 1217.  
 hircus IV, 349. *spöttischer, höhnischer Anblick. regard mo-  
 queur.*  
 Hispanus III, 350. *Aquitancier, Neüstrier. p. 1262.*  
 homines IV, 875. *Männer, hommes.*  
 horreo I, 1236. *drohen. 1655. menacer.*  
 horripilo I, 1258. *Die Haare vor Angst sträuben. dresser  
 les cheveux.*  
 horror II, 61. *Drohung. menace.*  
 Hylas IV, 1174.  
 Janus I, 891. *Januar. Janvier.*  
 Iberus II, 801. *aquitanisch. d'Aquitaine. IV, 445.*  
 ibis III, 2201. *Rohrdommel. butor.*  
 Jericho IV, 1125.  
 inbannire III, 2322. *in den Bann thun. mettre au ban.*  
 Indus I, 599. III, 349.  
 inscissis pilis III, 204. *ungeschoren, mit heiler Haut. l'échap-  
 per belle.*  
 Job III, 43.  
 Johannes Baptista I, 1145, 55. IV, 608. 972. p. 284.  
 Jonas proph. p. 4. I, 669. 1296. IV, 924.  
 Joseph, vervex I, 1269.  
 Iprensis III, 1741. *von Ypern. Das gemeine Volk gebraucht  
 noch jetzt in Belgien längliche Körbe für Wiegen. Damals  
 scheint man vorzüglich zu Ypern diese Wiegen verfertigt  
 zu haben. berceaux d'Ipres.*  
 Isengrimigena III, 744. 1753. 1760.  
 Isengrimulus III, 479.

- Isengrimus I, 1. pass. *Beinamen*: senior I, 375. patruus, oft aemulus I, 575. retifer I, 691. senex I, 770. piscator I, 876. abbas I, 973. praesul I, 1074. pontifex I, 1206. sequester I, 1355. corniseca I, 1482. monachus I, 1576. archiater II, 205. ostrifer, *der Färber* II, 1130. eremita III, 467. cliens III, 520. antistes III, 567. decanus III, 729. archi-lupus III, 790.
- Isengrimus III, 429 sq. *Herzog Zwentibole von Mähren, der den König Zwentibole aus der Taufe hob.*
- Isaides, i. e. David IV, 1011.
- Ismaël IV, 1125.
- Italia p. 85. 101.
- Judas apost. IV, 1008.
- Judaea IV, 1141.
- Judaeus I, 570. *Die Schweine heißen Judaei* IV, 775.
- Judith, filia Caroli Calvi imp. p. 262.
- juro I, 755. *fluchen, verfluchen.* maudire.
- kyri-ole, *kyrie-eleyson.* I, 746.
- \*lanilegus IV, 8. *was zum Wollkämmer dient.* cardeur.
- lär, *Haus* I, 48. 928. maison.
- Larveldus III, 745.
- Latus II, 949. *lateinisch.*
- Lesburna III, 1542. *Die alte Abtei Lisborn nicht weit von Lippstadt.*
- lethargus IV, 293. *Vzum Tode bestimmt; es ist das altdeutsche Sprüchwort: den veigen mac nieman behuoten.*
- leviter I, 593. *leicht, für facile* 30.
- libum III, 2142. *Speise, Bissen, Trunk, boisson.*
- Ligur I, 1749 p. 81. Lombard.
- \*liquor I, 1080. *Die Aussprache undeutlich machen, als wenn man Brei im Munde hätte, daher Breimaul.* ballutier.
- liquaster I, 229.
- Litowinda p. 85.
- Livones p. 292.
- Lombardia p. 81. 101.
- Lotharingi p. 86. 103.
- Lotharius I imp. p. 11.
- Lovo III, 1743. *Isegrims Stammvater. Lovon vielleicht Novol?*
- lucellum IV, 223. *kleiner Gewinn, petit profit.*
- Lucifer II, 1486. 1500.
- Ludovicus pius p. 105.

- Ludovicus Germanicus p. 105.  
 Ludovicus infans, rex p. 86.  
 lupicida III, 317. ~~Königsmörder. régicide.~~  
~~Wolfsmörder, tueur de loups.~~  
 Lusitania p. 292.  
 lustrum II, 592. *Jahr* p. 111. an.  
 lustrum III, 457. *scheint hier die Bedeutung von 5 Jahrzehenden zu haben, so das die Hälfte 25 Jahre ausmacht.*  
 Lutelia p. 115. *Paris.*  
 lux I, 190. *Tag.* luce, *des Tags.* II, 255. septima, III, 857.  
*Samstag, sexta, Freitag.*  
 lychnus III, 2523. *Licht, Kerze. chandelle.*  
 \* machina IV, 1170. *Naturerscheinung. phénomène.*  
 s. Machutus III, 1264. p. 195.  
 Magontiacum p. 53. *Mayence.*  
 Mahamet IV, 845. *heidnischer Ausruf, cri des Sarrasins.*  
 manzer II, 852. *unehelicher Sohn. fils naturel.*  
 Marahenses p. 81. *Moraviens.*  
 s. Maria I, 1134.  
 marmora juncta III, 510. *Herker. prison, cachot.*  
 Maro poeta IV, 1040.  
 Mars I, 892. *März.*  
 s. Martinus p. 118.  
 Matfridus comes p. 90. 95. 139.  
 medianus III, 2143. *halb. demi.*  
 s. Michael I, 1135.  
 missa I, 754. *die Messe.*  
 missilis charta III, 1178. *Brief, lettre.*  
 molaris III, 1443. *Backenzahn, cameratus. hohl, mâchelière.*  
 molaris III, 1935. *Mühlstein. meule.*  
 momentum I, 1252. *Gelegenheit, der rechte Augenblick. moment.*  
 monachordum IV, 651. *Tonleiter. échelle diatonique.*  
 morum III, 1032. *Brombeere. mûre de renard; ist dieser Namen Anspielung auf das Gedicht?*  
 Mosa fluv. III, 254.  
 Mulciber II, 453. *Feuer. feu.*  
 Mulciber hibernus IV, 1175. *Wintergewitter. orage d'hiver.*  
 \* multicavus I, 1060. *leer, hungrig. affamé.*  
 multiforus I, 1230 *für multiforatus, durchlöchert. percé.*  
 \* mundus I, 815 *Volk. la basse classe.*  
 munia *f.* munimenta III, 762. *fortifications.*



- \* musac IV, 926. *Die Lesart ist zweifelhaft. musachinum heißt dorsi armatura, was nicht paßt. Das Wort scheint teütsch, weil auf ein Sprüchwort angespielt wird.*
- \* mystica dicta IV, 298. *Sprüchwörter. proverbes.*
- nepos I, 249. *Vetter, ironisch. pélerin.*
- Nilus IV, 1120.
- Ninive IV, 951.
- Niping III, 747. *lupus.*
- Noë IV, 1119.
- s. Noburgis I, 1137.
- nola III, 1278. *Glocke, Schelle. sonnette.*
- nonna IV, 581. *nunna IV, 922.*
- notare IV, 763. *in Musik setzen. composer.*
- notitia viduare III, 277. *unkentlich machen. rendre méconnaissable.*
- obba IV, 899. *Hübel, Stütze. haquet.*
- \* obiter III, 473. *schol. A. adnotat: i. e. interea.*
- \* obitius I, 27. *von obiter, oberflächlich; aber die erste ist kurz. superficial.*
- Odo rex Neustriæ. p. 119.
- Odoacer, comes p. 86. 141.
- Olnam III, 756. *lupus.*
- omasum III, 839. *Bauch, Uterus; ventre.*
- s. Osanna I, 1131.
- Ota Zwentibolci uxor p. 140.
- Otfridus, p. 3.
- \* paganus III, 2161. *baürisch. grossier.*
- Palaestinus patriarcha III, 163.
- pannifer III, 1170. *Kuttenträger. frocard.*
- \* passa mens I, 662. *verblüfft, étourdi.*
- patrinus II, 651. *Gevatter. compère.*
- patruus I, 200 pass. *Vetter. cousin.*
- \* pedum II, 1126. *Streitkolben. massue.*
- pauso I, 261. *ausruhen, schlafen. I, 829. verschieben I, 1555. dormir, différer.*
- pelta II, 1126 *Kampfschild. bouclier.*
- penso III, 342. *denken, penser.*
- perniger I, 239. *Sackträger. porteur de sacs.*
- s. Petri monast. Gandavense p. 204.
- s. Petri monast. Metense. p. 139.
- s. Petrus I, 1156. 1140. II, 692.



- s. Phanuel I, 1155.  
s. Pharaïldis I, 1141. 1165. p. 56.  
Pharao IV, 1120.  
Philistei IV, 1126.  
Phoebus IV, 601. *im v. 1201 ist vom Nordlicht die Rede.*  
phthongus III, 615. *Tön. ton.*  
physica II, 130. *Arzneikunde. médecine.*  
Fictavus II, 668. *aquitänisch.*  
\* pilauca III, 746. *v. expilare und auca, Gänserupfer. déplu-  
mer les oies.*  
Pippinus rex p. 105. *major-domus ib.*  
\* plectrum III, 2172. *Fidelbogen. archet.*  
planca III, 647. *Brett, niederländ. planche.*  
pocula III, 450. *Schläge. coups.*  
polus III, 1150. *Himmel. ciel.*  
\* popae III, 2270. *feiste Hinterbacken. fesses.*  
porrum III, 2161. *Keule, Stock. bâton.*  
portabilis I, 1415. *erträglich, ist Germanismus.*  
praebenda I, 1311. *Pfründe. bénéfice, prébende.*  
proceres II, 1041. *Herren. messieurs.*  
profesta III, 1265. *Vorabend. veille.*  
\* promucida IV, 641. *Rüssel. groin.*  
punctum I, 795. *Augenblick. II, 732. moment.*  
quadrifidus III, 955. *viertheilig. divisé en quatre parties.*  
\* quadriforus II, 923. *was vier Löcher hat. qui a quatre  
trous.*  
rasorium III, 2295. *Rasirmesser, rasoir.*  
Ratbodo arch. Trevir. p. 86.  
Rearidus, cervus II, 49. III, 5.  
\* redolare III, 2289. *wieder einprügeln. renouveler à coups  
de bâton.*  
Reginarius comes p. 1.  
Regino p. 2. 86.  
Reinardus I, 3. pass. *Beinamen: quaestor I, 557. 599. cog-  
natus I, 572. commendator I, 593. ductor I, 657. dux I,  
721. galliger I, 836. fietor I, 1285. archiater II, 525.  
medicus II, 855. specifer II, 931. dictator III, 95. orator  
III, 546. rhetor III, 401. chartiger III, 1297.*  
Reingrimus IV, 559.  
Remi III, 592. *Reims. Remis IV, 724. cerdo Remis IV, 742.  
könte der Erzbischof Fulco von Reims seyn.*

- Remicus I, 469. *von Reims*. I, 939. p. 46.  
 retorta I, 381. *Querholz*. traverse.  
 reversus I, 1640. *zurückgeworfen*. renversé.  
 \* rheda III, 2037. *Rad*. roue.  
 Rhenus I, 925. III, 254. 273.  
 Roma I, 469. p. 46. I, 1140. 1250. p. 141. III, 162. 631. 1153.  
 2369. IV, 724.  
 roto I, 764. *schleüdern*. I, 1115. *werfen*. I, 1637. lancer.  
 Rudolfus Fuld. p. 53.  
 Rufanus, rex II, 53. 1181. p. 85.  
 sagma IV, 340. *Last, Sack oder Küttel*. gipe, sarrot.  
 Salaura I, 1611. IV, 553 pass. *vom alten sala, schmutzig, daher salawer, ein Hothiger, Schmutziger; das Femin. davon lautet latinisirt Salaura*.  
 Salernum II, 575. p. 100.  
 salictum IV, 19. *Weidengebüsch*. saulaie.  
 sanna IV, 185. *Hohn*. moquerie.  
 Saraceni p. 292.  
 Sarmaticus II, 801. *slavonisch*. esclavon.  
 Satan I, 21. 192. 229. 346. 752. 1750. pass.  
 Satanas I, 50. 571. 700. 869. 1093. pass.  
 Saul rex IV. 1012.  
 Saxo I, 126. IV, 1177.  
 Scaldus, fluv. III, 592. *Schelde*. Escaut. Scaldeus; adj. III, 1595.  
 slavus I, 48. II, 846. esclavon.  
 Scotia I, 896. *Irland*.  
 Scotigena III, 1957. *irische Mönche*. crustae, *ihr Schmutz*. saleté des Irlandais.  
 Scrabo IV, 125.  
 \* scrupus II, 1105. *Zweifel, Verdacht*. soupçon.  
 Scytha I, 126. *Slavonier*. III, 349.  
 \* semo II, 914. *theilen, halbiren*. partager en deux.  
 \* septemgula III, 747. *siebenschlündig*.  
 \* semiloquus I, 1077. *stammelnd*. bégayant.  
 Siculus IV, 1016. dux i. e. Rogerius rex p. 288. IV, 1219. 1259.  
 signum III, 1673. *Glocke*. cloche.  
 silva IV, 404. 407. 13. 61. *Diese und andere Stellen verrathen, das unter jenem Worte mehrmals die Ardennen verstanden sind, also die Elipsis durch silva Arduenna ergänzt werden soll*.

- \* silvalis census IV, 61. *Waldzins. cens de chauffage.*
- \* silvitus IV, 18. *Forstmeister. forestier.*
- Simon, archisophus III, 1152. *der Magier.*
- sindo II, 1029. *Taft. taffetas.*
- \* sinocus I, 1114. *scheint eine Person, denn das Wort ist sonst nicht bekannt.*
- Slavones p. 292.
- socius IV, 10. *Geselle, Herl. drôle, faquin.*
- Sodoma et Gomorra IV, 1117.
- solidus I, 795. *Schilling, escalin.*
- Sonoche IV, 669. *offenbar von Són, Sau, Schwein gebildet; mittelniederländisch heißt sóge (contr. aus sonoche?) Schwein.*
- Spispisa III, 749. *reduplicirte Form für spisa, Speise, um die Gefrässigkeit auszudrücken.*
- Sprotinus gallus III, 17. 816 sqq.
- Stampae II, 689. *Estampes.*
- Stephanus comes p. 90. 95. 159.
- \* stolpare III, 2121. *von stülpfen oder stolpern? aber beide Bedeutungen passen nicht zu der Stelle.*
- Stormus III, 753. *lupus. Sturm ist im 9. Jahrh. ein Mannsname.*
- \* strophium I, 359. *Prügel. gourdin. Querholz.*
- \* stuppeus IV, 540. *stupfelig, stoppelig. épineux.*
- Sualmo III, 750. *lupus.*
- Suavus IV, 747.
- subligar III, 2299. *Gürtel. ceinture.*
- Suevus I, 126. II, 33. III, 734. papa IV, 616. p. 270.
- Tanais II, 1029.
- \* tegula I, 458. *Schornstein, Hamin. cheminée.*
- temo III, 711. *Deichsel. timon.*
- Tempe III, 1823.
- Teta, gallina I, 1082. p. 53.
- teutonice III, 1595. 1596. 1602. *de lingua.*
- Teutonicus II, 772, 75. 967. IV, 381. *de populo. Diese Stellen beweisen, dass schon vor Otto I teutonicus als Volksnamen gebraucht wurde, obgleich es Luden nicht glaubt.*
- theta III, 1220. *Sigla für θάνατος, Todesurtheil. sentence de mort.*
- Thiota, prophetis. p. 53.



- \* tipsanae III, 1409. *es scheint vom Hanfbrechen der Weiber die Rede, also Hanfstängel.* chenevotte.
- Titan IV, 910. teter IV, 1205. *verfinstert.* éclipsé.
- \* titillo I, 59. schol. A. inflammat. *ängstigen.* irriter, exciter.
- tonna I, 1065. *Fafs.* tonneau.
- Tornacum III, 1153. *Doornick.* Tournay.
- tribula I, 1070. *Dreschflegel.* fléaux.
- \* trifurculo III, 611. *dreigabelig zuschlagen.* vid. furcula.
- triventer III, 742. *Dreibauch.* un homme qui mange pour trois.
- Troja III, 110.
- Tullius III, 1556.
- Turcae p. 6.
- Turce II, 382. *türkisch, rothwälsch.* ostrogoth.
- Turgius III, 751. *lupus.*
- Turonus II, 744. *von Tours.*
- typice III, 1589. *figürlich.* figuré.
- Tyrius II, 1039.
- Ungarice II, 382, 388. *slavonisch, windisch.* esclavon.
- Ungaricus II, 34. *windisch, kärntisch.* III, 1034.
- unguis, impresso ungue II, 324. *auf's Haar.* exactément.
- Varbucus III, 753. *vielleicht für Varmbucus, Warmbauch, der gern etwas Warmes im Leib hätte.*
- s. Vedastus p. 153. S. Vaast à Arras.
- Venus II, 439. *Scham.* pudeur.
- villanus I, 996. *Bauer.* fermier.
- vulgatus III, 1012. *weltbekant.* renommé, connu.
- Waltherus de Lens, abbas Egmund. p. 205.
- Waltherus de Coinsi. 5.
- Westfalia p. 207.
- Wisigothi p. 262.
- Worgram III, 749. *lupus.*
- Wormatia p. 85. 103.
- Wulfero III, 749. *lupus.*
- zybris IV, 671. *vielleicht Hochmuthsnarr.* arrogant.
- zirbus III, 1931. *Fetthaut.* membrane graisseuse.
- Zwentiboleus rex, p. 1. 2. canus 19. p. 53. 81. 85. 95. 103. 105. ab 106. 139. 172. 259. *helluo* p. 259. *mors* p. 283.



## Druckfehler.

---

- S. 8 Z. 4 *von unten l. equester.*  
 — 26 — 9 *l. quidquid.*  
 — 28 — 4 *nach dederis ein Komma.*  
 — 57 — 20 *l. ecclesiam.*  
 — 55 — 2 *v. u. l. pseudoprophetissam.*  
 — 54 — ~~8~~ *ist der Doppelpunkt zu streichen.*  
 — 58 — 8 *l. relliquias.*  
 — 61 — 15 *v. u. l. usitata.*  
 — 70 — 8 *nach ferunt ein Komma.*  
 — 71 — 4 *v. u. l. corneam cutem.*  
 — 95 — 2 *l. adstant.*  
 — 109 <sup>102</sup> — ~~15~~ <sup>3</sup> *von unten l. labore.*  
 — 109 — 15 *l. ungue.*  
 — 112 — 15 *v. u. l. verisimile.*  
 — 121 — 21 *l. amem.*  
 167 — 159 — ~~15~~ <sup>14</sup> *nach vento ein Komma.*  
 — 177 — ~~7~~ <sup>6</sup> *l. comites.*  
 — 184 — 17 *l. exprobrasset.*  
 — 195 — 4 *v. u. l. quem.*  
 — 211 — 10 *l. accidit ordinis.*  
 — 218 — 12 *nach nequit ein Punkt.*  
 — 228 — 4 *l. sinistrae.*  
 — 229 — 7 *l. a modo.*  
 — 250 — 9 *l. insipiens.*  
 — 251 — 5 *v. u. gehört das Komma vor bursae.*  
 — 275 — 5 *v. u. l. sacrare.*  
 — 297 — 2 *l. obolos.*

Handwritten title or header at the top of the page, possibly a list title.


A list of entries, likely a table of contents, with handwritten text and numbers. The entries are arranged in a columnar format, with some numbers on the left and some on the right. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.

A prominent handwritten line of text, possibly a section separator or a specific entry, written in a cursive hand.

A small handwritten mark or symbol on the right side of the page.

A small handwritten mark or symbol at the bottom right of the page.







14429

Reynard the Fox

Reinardus Vulpes. Carmen epicum seculis

IX et XII...ed. by Mone.

LL  
R4594M

**University of Toronto  
Library**

**DO NOT  
REMOVE  
THE  
CARD  
FROM  
THIS  
POCKET**

Acme Library Card Pocket  
Under Pat. "Ref. Index File"  
Made by LIBRARY BUREAU

